


*Ex Libris Mmi D. D. Henr. Guil. Em. à Barhemberg
Riesegg. Bar.*

SPVRII LIBRI HI SVNT

GALENO ASCRI PTI LIBRI

SPVRII LIBRI, QVI VARIAM ARTIS ME
dicæ farraginem ex uarijs auctoribus excerptam continentes,
optimo, quo fieri potuit, ordine sunt dispositi, & in
unum corpus redacti. quorum seriem se
quenti pagina habes.

sic vobis.



B A S I L E A E



SPVRII LIBRI HI SVNT

De historia philosophica liber, à Iulio Martiano Rota latinitate donatus.	fo. 2
Prognostica de infirmorum decubitu ex mathematica scientia, Iosepho Struthio interprete.	12
De partibus artis medicinæ liber ex ueteri Nicolai Rhegij translatione restitutus.	16
De dynamidijs liber sine principio.	18
Alter liber de dynamidijs, magna ex parte ex Aetio desumptus, plurimis in locis correctus.	19
De spermate liber.	36
De natura & ordine cuiuslibet corporis.	41
De anatomia parua.	42
De anatomia uiuorum.	43
De anatomia oculorum, Nicolao Rhegio Calabro interprete.	57
De compagine membrorum, siue De natura humana.	58
De uirtutibus nostrum corpus dispensantibus, ex Galeni libris.	60
De uoce & anhelitu.	60
De utilitate respirationis.	62
Compendium pulsum.	65
De motibus manifestis & obscuris liber, quem Ioānitius de Græca lingua in Arabicam transtulit, Marcus autem Toletanus de Arabica in Latinam.	66
De dissolutione continua.	71
De aquis, ex Galeno & alijs præstantissimis medicis, capita sex Oribasij, Augustino Gadaldino interprete. Hic libellus in prioribus editionibus De bonitate aquæ inscriptus, mutilus legebatur.	75
De uinis ex Galeno, caput sextū libri quinti collectionū medicinaliū Oribasij ad Iulianum Imperatorem, Augustino Gadaldino interprete.	76
Præfagium experientia confirmatum, Georgio Valla interprete.	77
De urinæ significatione, ex Hippocrate, eodem Georgio interprete.	78
De simplicibus medicamentis ad Paternianum.	79
De uirtute Centauræ, Nicolao Rhegio Calabro interprete.	92
De cathartici.	94
De Gynæceis. i. passionibus mulierū, Nicolao Rhegio Calabro interprete	95
Liber secretorum ad Monteum.	96
De medicinis expertis liber, cui titulus est, medicinalis experimentatio.	103
De melancholia, ex Galeno, Rufo, & Popsidonio caput nonū libri sexti Aetij, Iulio Martiano Rota interprete.	109
De cura Icteri liber.	110
De Cura lapidis liber.	111
Quæsitæ in Hippocratem.	113

Siquid superesse uidebitur in antiquis translationibus, quod in hisce nouis non reperiatur: id titulorum diuersitate contingere scias, non quia prætermissum aliquid sit. Nihil est enim in uetustis illis codicibus, quod in hisce nouis non contineatur. nam aut idem sunt, uerum alio nomine insigniti: aut compendia: aut partes: aut fragmenta. Exempla aliquorum subiiciam. Opus, quod illic Myamir appellatur, idem est, ac id, quod hic De compositione medicamentorum secundum loca inscribitur. Libri item de iuuamētis membrorum, compendium sunt librorum de usu partium. Libellus De præfagitura, finis est libri De constitutione medicinæ. Et qui De commoditatibus theriacæ inscriptionem habet, fragmentum est libri De theriacæ ad Pisonem.



GALENI



GALENI LIBER DE HISTORIA PHILOSOPHICA, Iul. Martiano Rota interprete.

ARGUMENTVM LIBRI.

Liber longe Plutarcho dignior, quàm Galeno.

Qualis Philosophia fuerit ante Socratem, quas ipse partes addiderit, ac de proposito libri.

Hobbes



C

V M illi, qui se primum ad philosophiã contulerunt, de rerum natura solummodo disceptarēt, atq; in ea finē studiorū suorū posuissent, multis post seculis natus Socrates, illorū sententiam improbauit, fieri non posse dicēs, ut ab hominibus ea perciperentur, quæ tam remota à nostro sensu forēt. existimabat em̄ summæ difficultatis esse tam abditarum rerum certam notitiã cōsequi, plusq; utilitatis homines habituros, si scrutarentur, quo modo quis feliciter uitam traduceret, & se quāplurimis bonis fruens, à malis omnibus tueretur. Hoc itaq; cum utilius fore Socrates iudicasset, dissertationes de natura rerū, q̄ parum humanæ uitæ conducere uiderent, omisit. & eam disciplinā excogitauit, quæ quid bonū, quid malū: quid turpe, quid honestum:

quidq; honore, aut uituperatione dignū sit, inuestigat. arbitratus, illos, qui hæc antea secū meditati fuissent, ab omnib. uitæ incōmodis se facile explicaturos. atq; philosophiæ pars altera hinc addita est, quæ de moribus agit, & illos instruit, qui uitam optime degere uelint. His aut̄ ita mente præsumptis, idē quoq; cum animaduerneret, opus sibi fore, ut quos inuentorū suorum participes esse uellet, eos etiam assentiri faceret, idq; solū fieri posse, si quibuscum sermonē instituisset, uere quæ diceret, affirmare uideret, rerum omnium magistrā differendi facultatem adinuenit: cuius argumentationibus ducti & à malis discedimus, & ea amplectimur, quæ prodesse semper, obesse nunquā suapte natura queunt. Sic itaq; Socratis opera, philosophia, quæ ad ipsum usq; naturalium rerum cognitionem non excesserat, tres partes obtinuit. Hæc præfari nos oportebat, ut calle quodā ad philosophiæ historiam ueniremus, de qua nobis recensere hoc in libro propositū est. non quia noui aliquid ipsi apportemus, uerū ut quæ ab antiquis de primo eius genere sparsim & fusc dicta sunt, in unū colligeremus: breuiterq; & dilucide ea explicaremus. ne, si prius hæc nostra legerint, qui discendi studio tenentur, expositoribus egeant: neue per se ipsos unaquaq; in re quid ab antiquis philosophis pronunciatum sit, aperte non intelligant. cōmodius autem, quod dicimus, efficiemus: si & enuntiatorum cōprobationes, & uerborū phaleras omitemus. nam neq; ostentationis gratia, scribere hæc aggressi sumus: sed ut his cōmodi essemus, qui sibi utile quippiam ex philosophia sumere decreuerint: quiq; nō solum abolla & pallio indutos, philosophos arbitrantur, sed etiam eadē qua cæteri ueste utentes, modo animū philosopho dignum habere studeāt. Perspicue uero nūc omnia, quæ à doctoribus meis accipi, quæq; ipse legēdo cōsecutus sum, in unū redigere curabimus. ut ex his intelligat unusquisq;, unde primū philosophia ad Græcos puenerit: quibusq; auctoribus in Græciam transierit: ac demū qui ipsi animum adijcētes cæteris præstare uili sint.

De successione philosophorum.

Constat igitur inter quamplurimos Thaletem Milesium, philosophiam primū apud Iones inuexisse. unde & eius ætatis sapientiam, omnes Ionicam appellarunt. huius familiaris Anaximander extitit. qui & ipse eodem pacto philosophatus est: Anaximenemq; doctrinæ suæ successorē, & æmulum reliquit. Anaximenes Anaxagoram docuit, qui Mileto relicta migravit Athenas, ubi Atheniensem Archelaum ad studia philosophiæ cōcitauit. Archelaum Socrates audiuit, is qui & ætatis suæ, & post se genitis hominibus, in causa fuit, ut sincero animo philosophiæ incumbere-

Spurij.

Ac ij

rent.

GALENI DE HISTORIA

rent. omnes enim ferme quotquot ipsum accedebant, philosophiæ desiderio inflammatos dimittētebat. quamuis autem multi fuerint appellati Socratici, in præsentia tamen eorum tantum mentionem faciam, qui disciplinæ successores ab eo relictī sunt. Horum unus Plato fuit, qui cæteris omnibus plurimum excelluit, & ut aliquis diceret, solus inuidia superata, Socratici nomē obtinuit. clarus itaq; apud omnes cum esset, ueteris academiæ princeps extitit. hūc Speusippus secutus est, qui in eisdem quidem inuentis mansit, sed in articulare morbum incidens, non multum postea naturæ concessit, Xenocrate relicto, qui Platonis auunculi dogmata explicaret. Xenocrati Polemo successit, qui & ipse à Platonis disciplina non deuiavit, Cratemq; instituit, in quo uetus academia finem habuit. nam Archelāus qui Cratem audiuit, mediā academiā inuexit, & ἐποχλή, hoc est sententiæ suę reticentiā excogitauit. hunc secutus Carneades, academiæ nouæ fundamenta iecit, Clitomachusq; dogmatis sui sectatorem reliquit. fuerunt præterea duæ aliæ academiæ, quarum priori, Philo: posteriori, Antiochus præfuit. E reliquis autem Socraticis, quos plures admodum fuisse constat, multis parem, inferiorem nemini Antisthenem arbitror. is enim austeram uitam agens, philosophiā primus in opus deduxit. Antisthenem Diogenes sectatus est, & illi similis uitæ instituto fuit. hūc Zenō Citieus audiuit, qui & Stoicam sectam inuenit, & Cleanthem docuit. Chrysippi magister Cleanthes fuit: amboq; Zenonis doctrinam & uitæ institutum tenuere. Chrysippus Diogenem Babylonium discipulum habuit, Diogenes Antipatrum instruxit, Antipater Possidonium docuit. Rursus quoque Aristippus unus ex Socratis auditoribus fuit, à quo Cyrenaicus cum esset, Cyrenaicam sectam accepimus. Sed nec Megarensium dialecticam (hoc enim nomen ea secta habuit) iure quispiam despiciet. huius autor Euclides Megarensis fuit, qui Stilponem docuit, & ingenij subtilitate nemini eorum, qui Socratem audierunt, inferior fuit. Stilponem Menedemus Erytriensis audiuit, à quo erytriaca philosophia cognomen accepit. Phædonem Eliensem nemo non nouit, ut inter Socraticos è primis unus habitus sit. hunc Anaxarchus Abderita sectatus est, qui Pyrrhonem docuit, scepticæ philosophiæ auctorem. Aristoteles autem diu quidem Platonis inuentis adhæsit, sed tandem seipsum nouo dogmati addixit, & Theophrastum scholæ & disciplinæ heredem sibi elegit. Theophrastus Stratonem docuit, qui suo quodam iure, de rerum natura disputauit. nam Epicurus philosophiæ, ut quidam opinantur, eruditio ne contempta, disciplinæ genus quoddam inuexit, quod ab accuratis philosophis non est approbatum. Epicurum uero Metrodorus audiuit & Hermachus qui Epicuro successit. Porro philosophorum genera duo suprema fuerūt, Ionicum & Italicum. sed de Ionico multa satis iam diximus: Italicum uero, eius quidem, quod Crotonæ & Tarento uiguit, princeps extitit Pythagoras: eius autem, quod Elææ floruit, Xenophanes Colophonius, quem plerique dubitando, potius quàm aliquid statuendo philosophatum ferunt. Xenophanis placitis delectati sunt Melissus & Parmenides, quem abditarum rerum notitiam adeptum sic tradunt, ut Zenonem Elæatem, contentiosam philosophiam. Zenonis auditor Leucippus Abderita fuit, qui primus atomos excogitauit, quod dogma susceptum à Democrito, & stabilitum est. Democriti Protagoras discipulus fuit, qui primus oratoriam facultatem philosophiæ coniunxit.


De cognominibus philosophiæ.

Philosophia uero cognomen adepta est, partim ab auctoribus, ut Pythagorica & Epicurea: partim ab eorum patria, ut Eretrica, Megarica: partim à fine, ut eudæmoniaca. siquidem Anaxarchus philosophiæ, quæ suo tempore uiguit, finem esse felicitatem dicebat. partim ab actionibus, ut peripatetica. Aristoteles namq; deambulando cum sermonē ad discipulos haberet, hoc cognomine philosophiam suam appellandam cēsuīt. partim ab aduersando, ut cynica. partim ab aliqua eius portione, cui præ cæteris operam dederint, ut dialectica. partim à locis in quibus diuersabantur, ut academica, & stoica. partim ab affectu, quo docētes utebantur, ut sceptica. partim ab auctoribus, sine, & patria simul, ut quam Aristippus introduxit, quæ ab ipso Aristippica dicta est, ab eius patria, Cyrenaica. à fine, uoluptuaria: uoluptatem enim philosophiæ dicebat finem esse. uoluptatem autem illum pleriq; significasse affirmant, non illam sensuum motione excitatam dulcedinem, sed eum animi statum, qui molestia careat, nec illecebris ullis mulceatur.

De ordine & definitione philosophiæ.

Eam philosophiæ partem, quæ nobis differendī artē tradit, duabus reliquis eius partibus anteponēdam censuere, qui posterioribus seculis extitere philosophi, arbitantes eos qui accurate uelint philosophiæ operam dare, nō prius alias partes attingere debere, quàm disceptandī peritiā adepti sint, & quid sit unumquodq; cognoscendī. philosophiam namq; cognoscendī facultatem esse quidā dicebant: & artem, uitam optime traducendī. optimam autē uitam esse secundum uirtutem uiuere. Quidam uero ipsam definiēbant, exercitationem artis ad uitam optime degendam necessariā. ac exercitationem quidem philosophiam esse omnes existimant: artem uero sapientiam, quæ humanarum diuinarumq; rerum comprehensio est. Quidam uero ipsam esse potius arbitratī sunt facultatem spectandī quæ eligenda fugiendaq; sint. per eligenda, bona: per fugienda, mala significantes. bona enim esse, quæ propter se sequenda sunt, & adepta possidentibus utilitatem apportant: mala uero, quæ uitanda, & obtenta damnum habentibus inferunt.

De partibus



S-29

HM-442

A

De partibus Philosophiæ.

Philosophiæ partes ex sententia plurium, & eorum, qui diligentissimi fuisse creduntur, tres esse in superioribus iam diximus. Harum prima rationalis dicitur, qua scimus uniuscuiusque rei substantiam, ab accidentibus discernere, & quo quidque ab alio differat. Secunda naturalis uocatur, per quam intelligere ualemus, quid in causa sit, ut cœlum tanto ordine circumuoluatur, & quæ partium eius tarditatis ac uelocitatis ratio sit, ac id genus alia. Tertia, quæ alijs duabus magis est necessaria, & ad opus uitæ longe utilior, moralis nuncupatur, qua cōmode colloqui, & pacate cōuersari scimus: ac imperiosos quidem & elatos, non odio prosequendo, sed partim eludendo, partim miserando, contemnere: mansuetos autem & officiosos è contrario diligere. horum autem uitam agere, melius atque facilius est, cum expositi omnium cōmodis sint. illorum autem, & malum, & difficile, quia nec adiri uolunt, & aduentibus molesti sunt.

De sectis, quid Secta sit, & quot numero.

Sectam aliqui tribus modis dici affirmant, cōiter, proprie, & propriissime: ac cōiter quidē cōsensum esse aliqua in re, quæ ad uitam degendam pertinet. proprie uero cōsensum in artis alicuius exercitatione. propriissime autem, cōsensum rerum ad Philosophiam spectantium. Hanc sic **B** ex notione definiunt. Secta est collectio multorum dogmatum suis concordantium, & ad unum finem tendentiū. Sectæ uero quas maxime generales existimant ij, quibus ista curæ fuerunt, quatuor enumerantur. Dogmatica, quæ in multis constituta & stabilis est. Sceptica, quæ de singulis dubitat. Contentiosa, quæ cauillis superior esse in concertationibus studet. sunt autem cauilli sicut si dixeris, quod ego sum, tu non es: homo sum, ergo tu non es homo. & id genus aliæ pueriles & litigiosæ deductiones. Mistæ, quæ licet multa decreta habeat, de multis tamen adhuc dubitat, nec ita de singulis disputat, ut ea constituat. Dogmaticos fuisse tradunt Pythagoram Samiū & Epicurum Atheniensem. Scepticos Zenonem Elæatem, Anaxarchum Abderitā, & Pyrrhonē, quæ exactissimum in hoc genere fuisse dicunt. Contentiosos autem appellarūt Euclidem, Menedemū, & Clitomachū. Mistos uero Xenophanē, qui de rebus omnib. dubitauit, illudque solū asseruit, cūcta unum esse, Deumque, & finitum, & immutabilē, & ratione præditū. item Democritum, qui nulla alia de re sententiā suam protulit, sed tantū atomos uacuum & infinitū asseuerauit.

De exortu Philosophiæ, & cur inuenta.

Principium philosophiæ tribus modis dicitur. inuestigandi, cōstituendi, demonstrandi. principium inuestigandi, est quod primos homines in opinionē philosophiæ induxit. cōstituēdi, pars ea philosophiæ, quæ prior in artem redacta fuit. demonstrandi, illud unde probare incipimus ea quæ apud nos inuenta & cōstituta fuerūt. Xenocrates ideo repertam philosophiam asserit, quia cum turbulenta sit actiua uita, se ad contemplationis studium prudentes homines contulerunt.

De signo.

Signum à dialecticis diffinitur proloquium mentis coniunctum. item antecedens, cui consequens aliquod adnexum sit. Signorum autem quædam ostendere, quædam admonere dicuntur. ostendūt quæ sic adnexa significatis sunt, ut cum primum apparent, nos in cognitionem rei significatæ ducant: ut fumus, quem simulatque conspeximus, ignem subesse statim intelligimus. admonent, quæ non nisi prius obseruata in notitiam rei significatæ nos abducunt, ut lac in papillis. id enim ubi prius adesse cognouerimus, antea peperisse mulierem intelligimus.

De syllogismo.

Syllogismus est oratio, quæ ex concessis ab eo cum quo disputamus, inexpectatū aliud quippiam colligit, ueluti in primo de republica Thrasymacho cōcedente, iustum id esse quod urbium magistratibus est utile, magistratusque interdum aberrare: colligit Socrates, iustum quoque id esse, quod magistratibus inutile sit.

D

De definitione.

Definitio est concisa oratio, quæ nos ducit in cognitionē uniuscuiusque rei. uel definitio est oratio, quæ breui quadam commonefactione, nobis propositas res detegit. definitionum aliæ à substantia, aliæ à notione sumuntur.

De diuisione.

Diuisionem existimant separationem esse eorum quæ in unum conuenerint. diuidi autem nomen, in significationes: totum, in partes: genus, in species & differentias: species in singularia: & hæc in accidentia, accidentia tum in seipfa, tum in subiecta.

De iudicio.

Iudiciū est rē discernens cōsideratio. duplex autē iudiciū habemus, unū quo uiuimus, alterū quo res esse uel non esse diiudicamus. tribus modis uero dicitur iudiciū, cōiter, proprie, & maxime proprie.

De uero.

Verum, est quod alicui oppositum cum re conuenit. differt autem uerum à ueritate, substantia, constitutione, potentia. substantia, quoniam uerum incorporeum est, cum dignitas sit quæ ab omnibus proloqui solet, ueritas autem corpus. nam omnium rerum scientia est. scientia principalis animi facultas, principalis facultas spiritus esse uidetur, qui merito corpus existimatur. cōstitu-

Spurijs.

Aa iij tione,

GALENI DE HISTORIA

tionem, quia uerum euidens est, ut ego disputo. ueritas autem à nobis inquiratur oportet, cum bona uniuersa comprehendat. potentia, quoniam uerum malis & ineruditis hominibus, nam uera interdum & ipsi dicunt: ueritas autem non nisi probis & eruditis uiris inesse potest.

De demonstrationum generibus.

Quonia ad eam philosophia partem, quam logicam uocant, pertinere uidetur de demonstrationibus docere, consentaneum est, ut de his quoque aliquid dicamus. Demonstrationes uoco syllogismos, qui euidens propositione & assumptione, conclusionem ostendunt, uel qui nulla alia egeant comprobatione. sunt autem bifariam distincti. nam alij categorici, id est, praedicatiui, alij hypothetici, hoc est conditionales appellatur. Horum alij modum habent, alij modo carent, alij misti sunt, alijque secundum, alij tertium adiacens praedicant. Conditionalium species sunt septem. Prima est, in qua duobus positis, quorum unum praecedat, alterum sequatur: praecedens assumitur, & sequens infertur, ut, si dies est, lux est: sed dies est, ergo lux est. Secunda est, quae ex antecedente & opposito consequentis, oppositum praecedentis colligit: ut, si dies est, lux est, sed lux non est, ergo dies non est. Tertia est, in qua ex annexo negato & opposito unius partis, alterius partis oppositum deducitur: ut, non si dies est, lux non est: atqui dies est, igitur lux est. Quarta est, in qua ex disiuncto & partis unius opposito, alterum probatur. ut, uel dies uel nox est, sed dies non est, igitur nox est. Quinta est, in qua ex disiuncto & una eius parte, altera non esse arguitur. ut, uel dies uel non est, atqui dies est, igitur nox non est. Sexta est, quae ex coniuncto negato & una eius parte, reliquam non esse concluditur. ut, non & dies, & nox est, sed dies est, igitur nox non est. Septima est, in qua ex coniuncto & parte una negata, alteram colligimus. ut, aut dies, aut nox est: sed dies non est, ergo nox est.

De naturae philosophiae genere, ac primo de efficiente, & materia.

Quantum igitur par fuit de his agere, quae ad rationalem philosophiae partem attinent, à nobis est alio in opere fuisse conscriptum. Hic autem pauca quaedam solummodo perstringentes, ad ea recedenda properamus, quae de natura rerum antiqui tradiderunt. Nemo uero mihi succedere debet, si quae ab alijs inuoluate & perplexe scripta sunt, ea nos facile & explicate referre confidimus. nam & hoc fieri posse non dubitamus, & rudibus satis fore censemus, hinc philosophiae dogmatibus tanquam sacris quibusdam initiari. Exordium autem faciemus à primis rerum naturalium principijs, tam efficientibus, quam materialibus. quibus cum animum adiecissimus, iure omnibus anteponendum duximus causas efficientes, inter quas Deus principem locum obtinet, quem omnium quae sunt, quaeque in dies fiunt, auctorem, & artificem, ut ita dixerim, ueteres asserunt. Plato siquidem & Stoicus Zeno quid esset Deus explicantes, non mundum, ipsum esse dixerunt, sed praeter haec omnia, quiddam aliud, incorporeum quidem, ut Plato sentit: corporeum uero, sicut Zeno asseuerat. neuter tamen, quae dei forma sit exponere est ausus, sed Epicurus humanam ipsum habere figuram credidit, Stoici propriam quidem eum semper non retinere, sed igneus spiritus cum sit, omnium, quibus affluerit, formam facile suscipere, illisque similem effici. locum illi determinatum Epicurus inter mundos assignat, ubi Deum incedere, & ambulare dicit. Stoici, rebus omnibus eum connasci, illisque similem effectum, cum eisdem & moueri & locum mutare dicunt, ac ex ingenerata sibi uirtute, cuiuscumque rei sibi coniunctae prospicere. idem quoque Deum quidem cuncta gubernare dixerunt: sed nullius rei curam peculiariter habere. Stoicis Epicurus hac in parte consentit, affirmans beatam incorruptibilemque naturam, neque ipsam in se molestias ullas habere, neque alicui alteri negotium faceere, uniuersis tamen hominibus bona Deum elargiri. Plato autem opinatus est Deum & omnium simul & uniuscuiusque priuatim, curam habere in his solummodo, quae ad uitam spectant. Quicumque mundum genitum putant, Deum inquit ipsius extractorem fuisse. non tamen omnes qui genitum mundum concedunt, eandem quoque de ipsius fine sententiam habent. uerum Plato ex eius, qui ipsum admirabili artificio construxit, neque dissolui, neque aboleri posse mundum existimat. Stoici contra absumi mundum putant, idque ignis opera fieri, qui in causa est, ut exustus in infinitum commutetur, sub quo certo quodam tempore materia quiescit, totaque commutationum uacationem accipit, donec rursus in contrarium statum uergentibus rebus, alia quoque elementa de nouo prodire incipiant: & rursus diuino iussu segregata, atque in unum corpus redacta, nouum mundum constituent. Ac caeteri quidem omnes, qui Deum cunctarum rerum auctorem crediderunt, ipsum quoque unum horum omnium causam statuunt, solus Plato ideas introduxit, quarum exemplum Deus in conficiendis rebus sequeretur. item materiam omni qualitate carentem, ex qua singula quaeque componeret, & dissimiles inter se res distinctasque faceret. neque enim ex his unum aliquid sufficere, sed tria simul haec requiri censeret, siquid absolui debeat. uerum quoniam de efficiente principio satis multa attulimus, tempus est ut de materia quoque aliquid dicamus. Omnes qui de rerum natura aliquid locuti sunt, concordem materiam esse concedunt. quanam uero sit, non omnes consentiunt. sed Pherecydes Syrus, terram eam esse credidit: Thales autem, aquam: Anaximandrus, infinitum: Anaximenes & Diogenes Apolloniata, aerem: Heraclitus, & Hippiasus Metaponticus, ignem: Xenophanes Colophonius, aquam & terram: Hippo Rheginus, ignem & aquam: Oenopius Chius, ignem & aerem: Empedocles, quatuor elementa, terram, aquam, ignem, & aerem. His amicitiam & litem adiungit, quarum altera coniungit & unit, altera segregat & distinguit. Democritus & eum secutus Epicurus, atomos

A atomos omniū rerum materiā opinant̄. Heraclides Ponticus, & Asclepiades Bythinus rerū principia faciunt moles quasdā omni actione carētes. Anaxagoras, minimas quasdā & similes rerum particulas. Diodorus, qui Cronos appellatus est, indiuidua minimaq; corpuscula. Pythagoras, numeros: Mathematici, corporum fines. Strato Physicus cognomento, quas uocant qualitates. Plato, Aristoteles, & Stoici, naturam quandam informē, ex qua primū quatuor elemēta, tum reliqua fiant, sed Aristoteles elemētis quintum corpus addit, quod circumuoluitur, & est immutabile.

De principij, & cause differentia.

Principium & causam aliqui nihil inter se differre putant. aliqui principium quidē, rerū omniū originē præcedere uolunt, non tñ ipsum euentus huiusce causam esse dicunt. sed id, quò secundū unumquēq; modū res fiunt. Causarū genera quatuor ijdem statuunt. præcedens, quod ab euentu separari potest, idq; qd iam effecit permanet: cōtinens, quod rē quā facit non deserit. nam eo præsentē, res gignitur: absente, desinit: urgente, crescit: desistente, minuitur. perfectum, quod per se solum rē peragit. concausans, quod cæteris pares in euentum confert, ut in arando uidemus, in quo uel plurimū affert, qui minimum etiam adiumenti confert, ut bobus quidē duobus arator indigeat, sed multo facilius opus absoluat, si tertium iumentum adiunctum aliorum laborem leuet.

B

De principij & elementi differentia.

Cum Iones elemētū à principio nihil differre arbitrarent̄, plurimū Plato interesse iudicauit, atq; ita utrūq; distinxit, ut elemētū id sit quod compositū et effectū est, quò terram, aquā, aerē, & ignem elementa uocamus. principiū uero dicatur, quod se prius quicq; non habet, ex quo gigni potuerit. alioquin principiū nō fore elemētis. nanq; priora sunt, tum materia informis & perēnis, tū forma, spēs, & ὄντα λέχθη, hoc est perfectio nūcupata, demū priuatio, quā absentia definiūt rei, q̄ tum adesse debeat. merito igitur Plato reperta differentia, ueterem Ioniorū sententiā improbauit.

De natura.

Naturam aliqui definiūt arte præditū suapteq; motu in generationē tendentē igneū spiritū. alij nihil aliud quā minorū corporū congressum & discessum. Aristoteles principiū motus & quietis eius, in quo est primo & nō fm accidēs. naturalia uocat, cū elementa quatuor, tum cætera q̄ ex eis fiūt, animalia, stirpes, metalla, & quæ in aere generant̄ imbres, niues, fulmina, grandines, uēti.

De motu.

Motum omnes penē concedunt quicunq; paulo diligentius philosophati sunt: Locorum cōmutationem, ut cum quis Alexātria Romam uenit, uel Alexandriam Roma discedit: Qualitatū C uariationem, ut si quis ex frigido calidus fiat, uel ex calido frigidus euadat: Naturæ uicissitudinē, ut si quis antea non existens homo, nunc esse incipiat: uel contra existens, homo esse desinat: Staturæ mutationem, ut si quis è paruo magnus crescat, aut è magno in paruum decrescat.

De corpore.

Reliquis corpus esse dicentibus quodcūq; siue agat, siue patiatur: Mathematici corpus esse definiunt, quod trifariam extensum est, in longum, in latum, et profundum. Punctum nanq; esse, qui partes non habeat. Lineam uero, longitudinē tantum. Superficiem, latitudinē longitudini coniunctam. hāc, si profunditas accedat, corpus appellari: quidam etiam corporum fines corpus crediderunt. Plato molem esse corpus asseruit, quæ & locum occupat, & intra se molem aliam non admittit. neq; enim duo corpora unum locum obtinere simul posse.

De figura.

Figura, corporis superficies, circumscripctio, & finis est. figurarum uero, aliæ rotundæ sunt, aliæ angulares, quarum infinita penē uariatio est.

De forma.

D Forma, substantia est incorporea, quæ quidem ex se non subsistit, sed formis carentem materiam informans, omnia, quæ uidemus extare facit. Socrates & Plato formas arbitrantur naturas esse à materia separatas, in intellectu cogitationeq; Dei, hoc est in mēte diuina sitas. Aristoteles autem formas quidem & species non abstulit, sed eas materiæ coniunctas esse uoluit. Stoici nostras intellectiones formas appellarunt.

De mundo.

Stoici mundum unum esse dixerunt, quem & totum esse, & corporeum arbitrati sunt. Empedocles mundum quidem unum esse concedit, totum tamen ipsum negat, sed exiguam quandam totius particulam, reliquum uero, ociosam materiam. Plato mundū unum esse & totum, tribus argumentis coniectat, quia perfectus non esset, si omnia non contineret: nec exemplari similis, si unicus non esset: nec æternus, si quid extra se haberet. Metrodorus tam absurdum esse putat unum mundum in infinito natum dicere, q̄ in agro magno, unam spicam. nam cum infinitæ causæ sint, mundos quoq; infinitos esse necessum est. sunt autem infinitæ causæ, id est atomi, quare & infinitos effectus esse oportet, hoc est mundos, cum eorum quisq; finitus sit.

De constitutione.

Mundus rotunda figura hoc pacto constitit, Indiuidua corpuscula, quæ tum fortuito motu ferrebant̄, cum unū in locū plurimā conuenissent, magnitudine & figuris differebāt. quæ cūq; igitur

Spurij.

Aæ iij angulosa,

GALENI DE HISTORIA

angulosa, magna, & grauiā fuerunt, substiterunt: quæ uero parua, leuiā & rotunda, in superiorem locum ab illis extrusa sunt. nec prius ascendere desierunt, quæ impulsione uolentia cessauit: tunc enim retro acta, cum inferius descendere non possent, in loca sibi congrua deuenere. ea autem sunt, quæ circumposita. Vt igitur inter se satis coagmentata sunt, quæ circum undique erant, extimū cœlum genuerunt. quæ uero illis & loco, & natura proxima extiterunt, planetas effecerunt. nam aerē exhalatorum corporum multitudo composuit, qui concitatus in uentum, cœlum agitare cœpit, & eum in orbem actum circūuersare, quæ motus ordinem stellas adhuc seruire uidemus. Vt autem ex corporibus in sublimē eiaculatis, cœlum, ignis, & aer, ortus est: ita ex subsidentibus nata est terra, quam multa materia nimium adhuc corpulentā, cum uentorum impetus, tum stellarum splendor compingendo attenuarunt, & ad eam quam spectamus paruītatē, redegerunt: aqua expressa, quæ fluida cum sit, per decliuiā labi cœpit in loca concaua, uel ipsa per se aqua huc illuc discurrens, alueos sibi, & latos sinus excauauit. sic itaque præcipue mundi partes in lucem prodierunt.

De Deo.

Quæ de Deo inter initia omisimus, ea nunc explicare nobis in animo est. nam ex antiquis philosophis quosdam inuenimus, qui Deos non esse dixerunt. non tamen id palam fateri ausi sunt, sed an Dii essent ignorare se dicebant. fuerunt autem Diagoras Milesius, Theodorus Cyrenaicus, Euemerus Tegeata, & Euripides Atheniensis, quanquam id ipse non dicit, sed Sisyphum id dicentem introducit ob metum Areopagitarum. Sed istos missos faciamus, & Anaxagorā potius audiamus, qui diuinam mentē asserit, res omnes à primordijs mundi inter se confusas distinxisse, atque ita res omnes procreasse: uel Anaximandrum, qui stellas cœlestes Deos arbitrabatur: aut Democritum, qui mentem igneo circularique corpore utentem, hoc est mundi animam Deum esse affirmabat. nam Pythagoras ex hisce, quæ ipse inter principia collocauit, unitatem, hoc est unius naturam, & mentem ipsam Deum atque bonum existimauit: dualitatem uero, Dæmonem, & malum, quam corporea moles circumstat, id est, quem aspiciamus mundū. Socrates autem & eum secutus Plato, Deum id inquit esse, quod unum, quod solum, quod bonum, & ex sese est: quæ omnia illuc tendunt, ut Deum, mentem esse significant nulli materiæ commistam, nullique affectui obnoxiam. Aristoteles uero supremum Deum formam esse definit, separabilem quidem, aethereo tantum corpori, quod quintum appellat, inhaerentem. id autem cum in plures sphaeras natura quidem coniunctas ratione uero distinctas, separet: quamque sphaeram animal esse censet, ex anima & orbe compositum: quorum hic aethereum corpus est, in circuitum uolubile: illa ratio, quæ ipsa quidem motum non admittit, sed tamen motus est causa. Stoici Deum esse pronunciant, ignem arte præditum, rationeque & uia ad mundi generationem procedentem, atque omnes rerum omnium rationes continentem, quibus uniuersa fato eueniunt: Item aliter: spiritum toti mundo infusum, qui uarias appellationes sortitur pro diuersitate materiæ, in quam diffusus est. Deos autem existimant cum stellas, & cœlum, tum præcipue mentem. Epicurus Deos omnes humanam speciem habere credidit. uideri tamen à nobis non posse, ob summam tenuitatem atomorum, quæ ipsos componunt. quatuor etiam alia rerum genera sempiterna statuit, atomos, infinitum, uacuum, & similitudines, quæ ab eo eiusdem rationis partes & aliorum elementa censentur.

Vnde in cognitionem Dei uenimus.

Dei uero cognitionem habuimus ex pulchritudine, quæ cœlo inesse spectamus. nihil enim temere, aut casu, pulchrum oritur, sed artificis alicuius opera. quamobrem & Euripides Stellas inquit, ornatus gratia ab opifice sapienti cœlo inditas fuisse. deuenimus autem in huiusmodi cognitionem, cum ex alijs stellis, tum præcipue ex Sole & Luna, quæ subterraneum iter emensa, eodem colore, eadem figura, eadem magnitudine nascuntur, eademque & tempora, & loca seruant.

De Heroibus & Dæmonibus.

Thales, Pythagoras, Plato, & cum his Stoici, unanimes asserunt: Dæmones naturales substantias esse, Heroas autem animas à corporibus separatas, et harum bonas esse, quæ hominum fuerint sancte uitam traducentium: malas autem, male uiuentium. Epicurus tam Dæmones, quæ Heroas non concedit.

De anima.

Cum multa de anima ab antiquis inter se controuersa dicta sint: nemo me à proposito introductionis modo discedere arbitretur, si paulo fusius ea commemorauero, quæ ab illustrissimis quibusque dicta sunt. Animam igitur existimant aliqui spiritum esse toto corpori adnexum, non tamen æquabiliter, sed uni membro magis, alteri minus. hoc Asclepiadis sectatores dicunt. eandem alij facultatem qua uiuimus arbitrantur: quidam principium motus omnium, quæ fiunt, & sunt. Epicurus autem aerem illum, quem respirando attraximus, animam esse credidit, cuius substantiam alij incorpoream dixerunt, ut Plato: alij corpoream, ut Zeno: & ipsum secuti Stoici. nam spiritum ipsam esse opinati sunt. item mortalem alij, ut Epicurus & Diocles: alij immortalem, ut Plato & Stoici, ipsam existimarunt. quamquam Plato suo se motu semper mouentem, nec unquam interituram ipsam asseueret. Stoici contra tam diu animam durare, quoad mundus dissoluatur. tunc enim ipsam quoque corrumpi. Rursum alij sic adnexas corporibus animas aiunt, ut ex eis ipsas sponte natas dicant. hocque in causa esse, ut corporeis uoluptatibus tantopere delectentur. alij uero animam uolunt Dei particulam quamdam

Adam esse, nec ullum extare elementum, quod ociosum sit, quodque in compositarum rerum ratione non ueniat. Peccare uero animas inquit, alij quia liberae cum sint, suo arbitrio ad malum ferantur. nam cum uoluptates appetant, ut eas assequantur, uitia persequi, flagitiosum esse non iudicant: alij, cuncta fato euenire putantes, animam quoque nulla electione habita delinquere posse concedunt. poenas dare sceleratorum animas, ubi a corporibus solute fuerint, existimat Plato: bonorum autem, ad Deum post mortem reuerti, & in astris habitare. Stoici nihil istorum admittunt, sed postquam, aiunt, seiunctae a corporibus fuerint, quae intemperanter uixerunt, & uoluptatum adhuc audae sunt, corpus aliud iterum subeunt, desiderio uoluptatum illectae, quas corporis ministerio assequuntur. id autem eas tandiu facere, quoad uirtutem edoctae, in cognitionem ueri boni deueniant, ac meliorem uitam traducant, a qua statim, ubi solutae & iam ab impedimentis corporis liberae fuerint, ipsis per se semet interlucentibus honesti ac decoris, id eis uniuntur. a quibus nunquam sic affectae postea diuelluntur. Partes animae Plato tres fecit, rationem, iracundiam, & concupiscentiam: Aristoteles quartam addidit, naturalem, quae corpus uegetat. Stoici & ipsi partes animae quatuor enumerant, ratiocinandi, sentiendi, loquendi, & gignendi facultatem. Alij simplicem & partibus carere animam arbitratur. nihil enim aliud ipsam esse, quam prudentiam, quam, tum mentem, tum intellectum

B appellat. Menemachus unus ex sectatoribus stoicorum disciplinae, ubi suspensionem addidit, loquendi & gignendi potestatem ademit, eas sentiendi facultatibus attribuens. nonnulli demum in sensum & rationem animam diuiserunt, quibus aliquis merito potius assentiri poterit.

De minimo.

Ante quatuor elementa nonnulli fragmenta quaedam eiusdem rationis paruissima & rotunda, ceu elementorum elementa extitisse dicunt. Heraclitus quoque frustula quaedam cum minimatum indiuidua, cogitatione tantum apprehensibilia concedit.

De colore.

Color est qualitas corporis uisibilis. Pythagorici colorem appellant superficiem corporis. Empedocles quod meatibus oculorum quadraret. Plato flammam e corporibus prodeuntem, cuius partes apte oculis incidunt. Zeno is, qui Stoicorum princeps fuit, colores esse definit, primos materiae habitus. Qui Pythagorae successerunt philosophi, colorum genera quatuor fecerunt, album, nigrum, rubrum, & pallidum: reliquas autem colorum uarietates ex diuersa elementorum commistione oriri: animalium uero etiam ex aeris & locorum diuersitate confurgere.

De mistione.

C Prisci mistionem elementorum fieri dixerunt, ex mutua inter sese per primas qualitates actione. Anaxagoras, & Democritus ex eorum solummodo congressu. Empedocles e paruissimis micis elementa componit, quas minima quaedam frustula, & ueluti elementorum elementa esse dicit. Plato tria tantum corpora ex se mutuo fieri credidit, ignis, aer, & aqua: terram namque solam immutabilem esse.

De uacuo.

Qui a Thalete manarunt philosophi ad Platonem usque uacuum omnes abnegarunt. Empedocles intra mundum, inquit, uacuum res nulla, nec extra est. Leucippus, Democritus, Epicurus, & Metrodorus atomos quidem multitudine: uacuum autem magnitudine infinitum dicunt. Stoici intra mundum, uacui quidem nihil esse, extra uero infinitum: alij tantum uacui solummodo extra mundum esse: quantum ad respirationem mundi faciat. mundum enim igneus cum sit, euentatione indigere.

De loco, & receptaculo.

Stoici, & Epicurei locum a receptaculo differre censent, ac locum quidem esse, quod corpus totum tangit ut superficies, receptaculum autem quod parte solum, ut in uasis uinarijs contingit.

De tempore.

D Pythagoras tempus esse arbitratur, continentis nos caeli machinam. Plato mobilem eternitatis imaginem, uel interuallum motus caeli. Eratosthenes Solis circumuolutionem. Temporis autem essentiam Plato caeli motum existimat. Stoici ferè omnes motum ipsum, ac caeteri quidem ingenitum tempus arbitrantur. Plato genitum ex sensus nostri cogitatione.

De ortu, & interitu.

Parmenides, Melissus, & Zeno Elaeata, ideo nec generari, nec corrumpi quicquam asseruerunt, quod uniuersum immobile ponunt. Epicurus & caeteri, quotquot e minutis corpusculis mundum extruunt, ex atomorum conuentu gigni, & eorum discessu aboleri cuncta affirmant. hi autem neque oriri quicquam, neque interire proprie dicunt. nam cum ex congerie non ex alteratione gigni res uelint, non qualitatis, sed quantitatis motum, ortus & interitus momentum praecedere faciunt. Pythagoras, & alij quicumque materiam pati supponunt, ortum & interitum proprie astruunt, cum uelint elementorum qualitibus immutatis nasci res, & dissolui.

De necessitate.

Thales ualidissimam esse necessitatem dixit, cum uniuerso dominetur. Pythagoras mundo eam incubare credidit. Parmenides, & Democritus omnia necessario euenire dicunt, eademque ipsam esse cum fato, cum iudicio, cum prouidentia. Plato quaedam in prouidentiam, quaedam in necessitatem refert. necessitatis autem essentiam Empedocles arbitratur causam principijs & elemen-

GALENI DE HISTORIA

tis utentem. Democritus resistentiam motum & impetum materiae. Plato, nonnunquam materiam, interdum habitum eius qui circa materiam operetur.

De fato.

Heraclitus omnia fato euenire dicit: ipsumque eundem esse quod necessitas. Plato quamuis in hominum animis & uita fatum constituat, ei tamen & libertatem nostram adiungit. Stoici Platonem hac in parte sequuntur, ac necessitatem quidem definiunt, insuperabilem et uiolentam causam, fatum uero causarum seriem, in qua tamen illa quoque causa continetur, quae in nobis est, ut quaedam fato fiant, quaedam non fiant. fati uero essentiam Heraclitus esse definit rationem, substantiam uniuersi permeantem. fatum autem corpus aethereum, quo tanquam semine uniuersum gignitur. Plato perennem rationem & legem naturae totius uniuersi. Chrylippus uim ordine cuncta gubernantem. item in definitionibus, fatum, inquit, est ratio seu lex, cuius prouidentia reguntur omnia, quae sunt in mundo: uel ratio, per quam, orta, nata sunt, nascentia oriuntur, oritura nascentur. reliqui uero Stoici fatum describunt causarum seriem, hoc est ordinem & nexum intransgressibilem. Possidonius tertium ipsum a Ioue facit, ut primus sit Iupiter: secunda, natura: tertium, fatum.

De fortuna.

Plato fortunam definit causam quae seclretur & incidat rebus quas facere eligimus. Aristoteles causam quae hisce rebus interuenit, quas alicuius gratia & uolentes facimus, obscuram tamen & instabilem. differre uero fortunam a casu, ex eo, quia quae fortuna fiunt, casu quoque fiant: cum fortuna solum in nostris actionibus uersetur, quae uero casu fiunt, non omnia fortuna (in his enim casus etiam consistit.) quae ad actiones nostras non attinent. insuper fortunam ad homines tantum spectare, casum autem non ad homines solum, sed ad bruta, & ad reliqua quoque uita carentia. Epicurus inconstantem & ipse causam, modis, temporibus, personis, fortunam dicit. Anaxagoras & Stoici, causam quae humano discursu assequi non possit, Atque alia quidem, necessitate: alia, fato: alia, electione: alia, fortuna: alia, casu fieri.

De finitate & infinitate mundi.

Pythagoras primus hanc rerum omnium congeriem mundum appellauit, exactam eius dispositionem contemplatus. Thales, & qui ab eo deriuarunt, unum mundum asseruit. Democritus & Epicurus, & utriusque magister Leucippus, infinitos, in infinita uacui amplitudine sitos. Empedocles cum in suprema parte mundi Solem circumuolui faciat, mundum finitum statuit, Seleucus autem infinitum. Diogenes uniuersum quidem infinitum dicit, mundum autem finitum. Stoici multum inter uniuersum & totum interesse dicunt: ac uniuersum quidem infinitum esse, cum uacuum quod infinitum est, comprehendat: totum autem quia G uacuum excludit, finitum esse. quare cum totum & mundus idem sint, mundum finitum esse.

De figura mundi.

Aristoteles et Stoici rotunda figura mundum constare dicunt. alij partim cono, partim ouo similem malunt. Epicurus, & his, & id genus reliquis, mundum constare posse concedit.

De anima mundi.

Reliqui omnes animam habere, prouidentiamque regi mundum arbitratur. Democritus & Epicurus, et quotquot atomos ac casum introducunt, neque animam habere, neque prouidentiam regi ipsum inquit, sed bruta quadam natura. Aristoteles non animam, non rationem, non mentem, non prouidentiam praeditum mundum omnibus suis partibus existimat, sed caelum tantummodo. caelestes. n. orbes singulos & animam & uitam habere. reliqua uero infra caelum posita, omnibus his carere. quod si ordine aliquo frui uideantur, non ex se illa ipsum habere, sed incidenter. quatenus a caelestibus corporibus reguntur.

De aeternitate mundi.

Pythagoras & Plato factum a deo mundum arbitrantur, ac quantum in ipso est, interire posse. nam cum sensibus percipiatur, corporeum est & dissolubile. non intercidet tamen Dei prouidentia & custodia praeventus. Epicurus & Stoici mundum interiturum concedunt, ortus cum sit, id quod & H reliquis accidere uidemus & animalibus. & stirpibus. Xenophanes ingenitum, sempiternum, indelebilem, defendit. Aristoteles quae infra Lunam sunt, mortalia: quae uero supra, immortalia statuit.

An mundus alatur.

Aristoteles, qui mundum sempiternum tuetur, nullo ipsum alimento indigere concedit. nam si nutrimento egeret, interiret tandem. Heraclitus ex his quae hic corrumpuntur, ipsum sibi mundum immutatione quadam nutrimentum subministrare putat. Philolaus ex Pythagoricis unus, corruptiones duas esse dixit. interdum namque ignem a caelo descendere, interdum uero lunaris aquae circunuersatione aerem effundi. Horum itaque exhalationibus caelum nutriri.

A quo elemento mundus exordium cepit.

Physici mundum a terra exordium sumpsisse dicunt, tanquam a centro, quod rotundis omnibus esse principium solet. Pythagoras ab igne. Empedocles aethere primo extitisse dicit, tum ignem, postea terram, de qua circumuoluentis se caeli impetu uehementer astricta, exiit aqua, quae in uaporem conuersa, aerem peperit. caelum autem aethere, solem igne solo constare credit. reliqua uero, quae hic apud nos sunt, ex alijs. Plato cum uisibilem hunc mundum ad imitationem mundi intelligibilis factum existimet, animum primum extitisse dicit, tum corpus, quod ex igne & terra primo, ex aere & aqua secundo,

A secundo cōstat. Pythagoras cum quinque tantum figuras solidas esse cerneret, quas etiam Mathematicas appellant: e cubo terram natam credidit, e pyramide ignem, ex octaedra aerem, ex icosaedra, aquam: e dodecaedra cœlum, atque Plato hac quoque in parte Pythagoram sectatus est.

De ordine partium mundi.

Mūdi partes ita inter sese complicatas Parmenides asseruit, ut una ab alia contineatur. ac quāuis omnes ex raro & denso constent, eas tñ quæ in medio sunt, ex opaco & lucido mistas: quæ uero cæteras continet, instar muri solidam esse. Leucippus, et Democritus tunicam et membranam quandam mundo circumponunt. Epicurus partim raro, partim denso, mūdōs operimento inuoluit, quorum alios circūagi putat, alios autem minime. Plato supremo loco ætherem collocat, tum ignem, postea aerem, deinde aquam, ultimo terram, interdum tñ ætherem igni coniungit. Aristoteles ætherem primo collocat, quem incommutabilem, & quintum corpus facit. ab eo commutabilia disponit, ignem, aerem, aquam, & infimo loco terram. his aut ita motum attribuit, ut quintū corpus, hoc est cœlestes orbis, circumuoluantur. alia uero, quæ infra cœlum sunt, recto motu ferantur: ac leuia quidē ascendant, ignis, & aer. grauia uero descendant, aqua, & terra. Empedocles nec definita, nec eadē loca semper habere sensit elemēta, sed in alterius locum omnia succedere.

B

De mundi inclinatione.

Diogenes & Anaxagoras post mundi constitutionem, & animalia genita ex terra, sponte mūdum, unam sui partem ad austrum inclinasse, alteram ad septentrionem extulisse. fortasse uero diuina prouidentia, ut quædam mundi partes habitari possent, quædam non habitari, pro caloris, frigoris, & temperiei conditione. Empedocles, aerem inquit Solis impetu adactum, boreales plagas extulisse, australes autem depressisse, atque ita totum mundum inclinatum esse.

An extra mundum aliquid sit.

Qui duce Pythagora philosophati sunt, extra mundū uacuū esse dixerunt. uacuū nāque respirando mūdus attrahit, expirando remittit. Stoici quoque ideo uacuū foris esse uolunt, ut cū mundus cōflagrabit, in ipsum diffundi queat. id autē uacuū infinitū esse: quāquā Possidonius infinitū ipsum non facit, sed tantum solummodo, quantū ad dissolutionē mundi sufficiat, libro primo de uacuo. Diogenes uacuū & ipse astruit. Plato, & Aristoteles nec intra mundū, nec extra uacuum ponunt.

De dextra & sinistra mundi parte.

Pythagoras, Plato, Aristoteles, dextram mundi partem orientālē faciunt, unde motus incipit. occidentalē uero sinistram. Empedocles, quæ ad solstitium, dextrā: quæ ad brumā, sinistrā definit.

C

De cœli essentia.

Anaximenes extimam mundi circumferentiam, terream esse credidit. Empedocles cœlum solidum esse putat, constareque ex aere in morem crysalli ab igne durato, & utroque hemisphærio tā ignem, quā aerem cōtinere. Aristoteles e quinto corpore, ipsum facit, reliqui ex igne, ipsumque ex calidi frigidique commixtione compactum.

De cœli segmentis.

Thales, Pythagoras, & qui ab eis manarūt, cœlū in quinque circulos diuidūt, quos zonas appellant. horū, his, qui nobis semper apparet, arcticus uocatur: sequens, solstitialis: tertius, æquinoctialis: quartus, brumalis: ultimus, antarcticus: qui nostris oculis hic aspici non potest. obliquus autē circulus, quem Zodiacum nominant, tres medios cōiungit. ductos autē a septentrione ad austrū, æquinoctialis rectis angulis diuidit. Pythagoram uero ferunt Zodiaci obliquitatem primū animo concepisse, quod sibi tñ Oenopides Chius arrogare, tanquā a se inuentum, non dubitauit.

De stellis.

Thales e terra quidem constare stellas opinatur, uerum ignitas esse. Empedocles ignem tantū, quem æther compressus, quo tempore dirimebantur elementa, illuc submisit. Anaxagoras ætherem igneum esse ex sui natura putat, ipsumque circumuolutionis suæ uehementia, lapides e terra surripere, quos sursum euectos & inflammatos, stellas asserit. idē rursus alio in loco stellas appellat saxa latentia, quæ crebro in terram decidentia extinguuntur. sicuti contigit cum in Aegos fluiuium candens saxum in morem stellæ cecidit. Diogenes stellas opinatur perinde atque pumices, & raros lapides, ac per eos mundum respirare. Empedocles fixas, crysallo (sic enim ipse cœlum appellat) adnexas: errantes autem, solutas asseuerat. Plato quamuis stellas maiori ex parte igneas esse credat, tamen aliorum elementorum expertes eas non iudicat, sed elementis glutinis uice cōtineri. Xenophanes e nubibus accensis constare stellas arbitratur, easque interdiu extinguī, noctu accendi. non aliter atque carbones solent, ortumque & occasum nihil aliud esse, quā nubium accessionem & extinctionem. Heraclides & Pythagorei singulam quāque stellam, unum mundum esse, terram, aquam, aerem, & ætherem comprehendentem, ferique per aerem infinitum. hæc opinio in sacris Orphei contineri perhibetur, quibus initiati quaque stellam unum mundum arbitrantur. Epicurus nihil istorum non admittit, cum id genus omnia contingere posse concedat.

De stellarum figura.

Stoici stellas rotundas existimāt, ut & mundum, & Solem, & Lunam. Cleanthes, coniformis. Anaximenes, tanquam clauos cœlo adactos: alij tanquam folia candentia, & picturas.

De ordine

GALENI DE HISTORIA

De ordine stellarum.

Xenophanes una superficie stellas omnes moueri credit. Stoici quasdam altius, quasdam submissius ferri. Democritus stellas ita disponit, ut fixae summum locum teneant, uagae succedentem, inter quas Solem & Lunam reponit. Plato post fixas Saturnum collocat, deinde Iouem, postea Martem, deinde Venerem, postea Mercurium, deinde Solem, ultimo Lunam. Mathematicorum alij Platonem sequuntur, alij Solem in medio statuunt. Anaximandrus & Metrodorus Chius, atque Crates, supremum locum Soli dant, succedentem Lunam, tertium stellis fixis & uagis.

De motu stellarum.

Anaxagoras, Democritus, et Cleantes, ab ortu in occasum ferri stellas omnes existimant. Alcmeon & mathematici uagas ex aduerso fixis incedere dicunt, hoc est ab occasu in orientem. Anaximandrus uero stellas existimat ab eo orbe, cui insunt. Anaximenes eodem pacto sub terra, quo supra moueri. Plato & cum eo mathematici Solem, Venerem, & Mercurium eodem tempore cursum suum absoluere dicunt.

De stellarum lumine.

Metrodorus omnes stellas tam fixas quam uagas lucem a Sole accipere iudicat. Heraclitus & Stoici nutriri stellas putant e uaporibus sursum eleuatis. Aristoteles non indigere nutrimento coelestia dicit, aeterna cum sint, & corrumpi nequeant. Plato ut mundum, sic stellas e seipsis nutriri sentit.

De stellis quas Castoris & Pollucis uocant.

Xenophanes stellas, quae in nauigiorum malis, & antennis quandoque uidentur, nubeculas quasdam esse credit, quae certo quodam motu agitatae resplendent. Metrodorus nautis timore consternatis, oculos interlucere putat.

De stellarum significatione.

Plato, Solem, Lunam, & alias stellas, tam uagas, quam stabiles, occasu & exortu suo tempestates, quae aestate & bruma contingunt, significare non dubitat. Anaximenes non ex alijs, sed ex Sole solo, haec intelligi uult. Eudoxus & Aratus ex omnibus indifferenter.

De Sole.

Anaximander orbem Solis esse putat octies uigies terra maiorem, similemque rotae plaustricanthum habentem, concuum, igne plenum, quem nobis ore quodam paruo, tanquam per modioliforamen ostendit, hocque Solem esse. Xenophanes e siccis uaporibus igniculos quosdam conuenire dicit, qui in unum corpus redacti, Solem constituent, uel Solem accensam nubem esse. Stoici Solem inquit ignitum fluentum esse, e mari illuc euectum. Plato ipsum maiori ex parte, igne constare credit. Aristoteles globum, e quinto corpore. Philolaus Pythagoricus corpus uitro simile, quod ab igne, qui in mundo est, lucem suscipit, & eam ad nos remittit. quamobrem tria requiri ad Solis constitutionem, ignis, qui in caelo est: corpus, quod ab ipso perinde atque speculum quoddam igniri et illustrari possit: & tertio, lux quae ab eo speculo repercussa ad nos usque diffundatur. nam & hanc lucem Solem appellare solemus, tanquam simulachrum simulachri. Empedocles duos Soles existimauit, unum praecipuum atque primum, hoc est ignem, qui est in opposita & dimidia caeli parte, quam replet, quique semper ex aduerso suae imaginis, hoc est Solis nostri, incedit: Alterum, eum quem spectamus Solem, qui repercussio est lucis eius, quam ex praefata caeli parte aere concalescente plena antedictus ignis suffundit, ac in corpus solare, quod est crystallo persimile, mittit, ubi refracta ad nos descendit, & ad primi Solis motum circumfertur. atque, ut tam multa duobus uerbis explicem, Sol est repercussio ignis, qui circa terram mouetur. Epicurus collectionem terrae pumicis spongiaeue persimilem putat, quam ignis eius foramina permeans accendit. Heraclitus collectum uaporem qui in oriente accenditur, in occidente extinguitur.

De magnitudine Solis.

Anaximandrus Solem quidem aequalem terrae credidit, orbem uero quo fertur, & e quo respirat, septies uigies terram excedere. Anaxagoras multoties Peloponneso maiorem. Heraclitus quantum est humani pedis longitudo. Epicurus omnia quae hactenus attulimus, alias contingere posse. talem tamen hunc esse, qualem ipsum spectamus, parumque uel maiorem, uel minorem esse.

De figura Solis.

Anaximenes Solem, ut folium extensum iudicauit. Heraclitus peluis instar intus concuum foris conuexum. Stoici rotundum, ut caelum est, & stellae. Epicurus ipsum posse hisce omnibus esse figuris admittit.

De conuersione Solis.

Anaximenes ideo Solem conuerti putat, quod ab aere densato & obnitenti retro pellatur. Anaxagoras eum repellit ab aere, qui septentrioni subest, censet: quemque Sol ipse compingens ualentiore iam densitate reddidit. Empedocles cum ab orbe, qui ipsum defert, tum a brumae et solstitij circulis, Solem prohiberi credit, ne recta ad polos descendat. Diogenes quia Sol extingueretur, frigore calore oppugnante. Stoici eatenus Solem progredi uolunt, quoad alimentum inueniat. oceanum autem & reliqua maria Soli nutrimentum subministrare uapores submissos, cum quibus terrae quoque exhalationem admisceri uolunt. Plato, Pythagoras, Aristoteles, ob signiferi obliquitatem, qua Sol oblique meare cogitur, & secundum brumae solstitijque circulos progredi. Haec autem omnia aenea sphaera docet.

A

De Solis defectu.

Thales interuentu Lunę, quę suapte natura opaca est, Solem deficere primus dixit, idq; ex supposito Soli speculo facile discerni. Anaximander clauso foramine per quod ignis euaporat. Heraclitus conuersione partis eius, quę concaua est, ad superiora: eius uero quę conuexa est, ad nostros oculos. Xenophanes deficientem Solem extingui putat, rursusq; renascentem alium accendi: narratq; Solem aliquando integro mense defecisse, rursus alio tempore sic ex toto defecisse, ut interdiu nox esse uideretur: sunt qui putent densam nubem nostris oculis incompertam Solem occupare. Aristarchus Solem in errantibus stellis annumerat, terramq; circa Solis circulum mouet, qua inclinante Solis orbem adumbrari credit.

De Luna.

Anaximandrus orbem Lunę decies nouies terra maiorem existimat, ac quemadmodum de Sole diximus, rotę plaustrum similem canthum habere, concauum, igne plenum, uno foramine uaporantem. Xenophanes accensam nubem. Stoici corpus ex igne & terra compactum. Plato ignem maiori ex parte. Anaxagoras & Democritus corpus solidum, ignitum, campos, montes, & ualles habens. Heraclitus terram nebula inclusam, Pythagoras & ipse, ignem esse lunare corpus existimat.

B

De magnitudine Lunę.

Stoici maiorem terra Lunam computant, quemadmodum & Solem. Parmenides æqualem Soli, a quo Lunam quoq; illustrari dicit.

De figura Lunę.

Stoici rotundam Lunam dicunt, sicut & Solem. Empedocles, disco similem. Heraclitus, peluis, hoc est orbicularem & concauam. nonnulli oblongam. figuram uero Luna septem modis assumit. nam ab interlunio discedens, cum primum apparere incipit, cornuta spectatur, tum dimidia, post semiplena, demum rotunda. Rursus a plenilunio reuertens semiplena euadit, hinc dimidia, postea cornuta, uideri postremo desinit, donec iterum nouetur. multa uero hac de re ultro citroq; dicuntur. quidam id umbra terrę contingere credunt, quę modo totam, modo partem aliquam eius occupet.

De lumine Lunę.

Anaximander, ipsam peculiarem lucem habere censuit, rariorem tamen. Antipho proprio Lunam splendore fulgere docet: q; si paulatim abscondatur, id illi contingere Solis propinquitate. sic enim a natura institutum esse, ut minor lux maioris accessu sopiatur. id quod & reliquis stellis euenit. Thales & qui ab eo deriuarunt philosophi, Lunam a Sole illustrari dixerunt. Heraclitus idem Lunę quod Soli contingere defendit. stellas enim quoniam concauę sunt, & uapores excipiunt, lucere uideri, ac Solem quidem splendidius, cum in puriori aere feratur: Lunam uero languidius, quia turbulento magis incedat.

De Lunę defectu.

Anaximandrus ideo Lunam deficere putat, q; os rotę obstruatur. Berossus quia ad nos conuertat partem quę minus lucet. Heraclitus quia auertat partem quę caua est. Pythagoreorū quidam Lunam asseuerant reflectere, & intercipere lucem: illudq; nostra, hoc antipodum terra fieri. Plato, Aristoteles, Stoici, & Mathematici, concordēs asserunt Lunam congressu Solis occultari, digressu illustrari. deficere autem terrenę occursum umbrę, quę tum temporis ex diametro plus minus inter utrunq; sidus porrigitur.

De maculis Lunę.

Pythagorici Lunam idcirco maculis interpunctam arbitrantur, quia maiora animalia, & proceriores arbores habeat, quàm hic apud nos reperiantur: esse uero decies quinquies animalia illa nostris grandiora robustioraq; nec usitatum ullum excrementi genus emittentia, diē quoq; quantum diximus, longiorem nostro. Anaxagoras in diuersitatem partium hoc refert. Lunam enim ex attenuatis & corpulentis partibus componi, quam obrem opacam lucidis interiectam uideri. stellamque lucis eminentiã Lunam ideo nuncupari. Stoici quoq; non integre compactam Lunam fatentur, quia dissimiles partes habeat.

De distantia Lunę.

Empedocles plus duplo Lunam distare cęset a Sole quàm a terra. Mathematici decies octies plus. Eratosthenes Solem a terra distare computauit stadiorum milibus centum triginta, Lunam autem uiginti octo.

De annis.

Annus is qui Saturno attribuitur, annorum est triginta: qui Ioui, duodecim: qui Marti, duorum: qui Soli, mensium duodecim. Veneri totidem & Mercurio deputantur. eodem enim tempore, quo Sol cursum suum, peragunt. Lunę uero annus dierum est triginta. tot enim dies mensis comprehendit, si quis a congressu ad egressum numeret. annum uero quem magnum appellant, quidam octauo quoq; anno compleri dicunt. alij decimonono. quidam sexagesimo primo. Heraclitus decem & octo millibus annorum solarium. Diogenes e trecentis sexaginta quinque annis tam longis quàm eos Heraclitus facit. nonnulli septem millibus septingentis octuaginta septem.

De

GALENI DE HISTORIA

De circulo lacteo.

Circulus lacteus è nubibus constat. is noctu in aere semper apparet, lacteusq; est de suo colore nuncupatus. Pythagoreorum aliqui crediderunt ipsum esse uestigium incendiij stellæ cuiusdam, quæ Phaethontis tēpore suis sedibus excidit, et loca per quæ circūuoluta est, exussit. alij Solē antiquo tempore illac iter suum peregisse dicunt. quidam nihil istorum uolūt, sed id modo sic nobis apparere ex multitudine luminis cœlestis ignis, quod illis in locis à cælo tanquam à speculo quodam fractus, ad nostros oculos reijcitur, id quod etiā cœlestis arcus nubes facere consueuerunt. Metrodorus, hunc Solis circulum esse putat, qui Solis discessu conspici potest. Parmenides rarū denso commistum, lacteum colorem procreare asseuerat. Anaxagoras umbrā terræ lacteum circulum existimat, quem ideo cœlum ita occupare uult, quia Sol cum terræ subest, omnia illustrare non possit. Democritus splendorem multarum paruorum, & cohærentium stellarum, quæ crebræ cum sint, coniunctam lucem fundere uidentur. Aristoteles exhalationis siccæ incendium, quæ iugiter & abunde succedit, non aliter atq; in crinitis fit, quas infra planetas esse nō dubitamus, et ab igne accendi. Stoici ignis ætherei raritatem, ipsumq; superiorē planetis. Possidonius & ipse ignis aceruū lacteū circulum credidit, qui licet stellis clarius luceat, splendorem tamē continuū habet.

De crinitis & discurrentibus stellis ac trabibus.

Pythagoreorum aliqui crinitas inquit stellas esse de numero illarum, quæ non semper apparent, sed certis quibusdam temporum spatijs oriuntur: aliqui repercussionem uisus nostri ad Solem, nō aliter atq; in speculis fieri solet. Anaxagoras & Democritus cōuentū duarum pluriū stellarum sese illustrantiū. Aristoteles siccæ exhalationis accensam congeriem. Strato sideris alicuius lucem densa nube retentam, id quod & laternis euenit. Heraclides Ponticus nubem præal tam illic à superna luce illustratam. eandem hic barbatis, areis, trabibus, columnis, & id genus alijs, causam assignat, ut omnes peripatetici faciunt, qui ex inflammatis uaporibus species hasce fieri dicunt. Epigenes uaporem terræ commistum, in altum eleuatum, ibiq; accensum. Boethus ardentis aeris id speciem esse credit. Diogenes, stellas quidem crinitas putat, sed quæ impendens alicuius periculum significant. Anaxagoras, quas discurrentes stellas uocant, perinde atq; scintillas ex æthereo igne cadere putat, quamobrē statim quoq; extingui. Metrodorus ex Solis radijs uiolenter nubem, ut sagitta solet, irruentibus, discurrentis stellæ speciem excitari. Xenophanes id genus omnia, nubium accensarum constitutiones incursionē sue existimat.

De tonitruo, coruscatione, fulmine, turbine, & conuolutione.

Anaximandrus hæc omnia spiritu contingere existimat. is enim densa nubi inclusus, erumpere nititur, qua parte tenuior & leuior ea fuerit: nubis disruptio, tonitru: spiritus expansio secus nubem atram, coruscationem facit. Metrodorus cum in nubem, inquit, densitate compactam spiritus irruit, frangendo & discindendo tonat: percutiendo & diuellendo micat. quod si inter motus festinationem à Sole quoq; calorem spiritus is acceperit, fulminat. fulmen autem cum impotens fuerit, in turbinem degenerat. Anaxagoras, cum calor, inquit, frigus impetit, hoc est, cū ætheris pars spissum aerem inuadit, crepitu, tonitru facit: colore, quē ex uicinitate nubis atræ promit, coruscationem: luce uero cum multa, tum magna, fulmen procreat: corpore paulo plus densato, conuolutionem gignit: nubilosiore, turbinem absoluit. Stoici nubium concursionem, tonitrum definiunt: coruscationem, earundem accensionem attritu excitatam: fulmen, uiolēter actæ nubis incensionem: turbinem, tardius motæ nubis progressum. Aristoteles omnia ista è siccis uaporibus componit, qui cum in humidos inciderint, erumpere conantur. dum igitur sicci humidos impellunt & discidunt, strepitus excitatur. id tonitru est. dum protrudunt & erumpunt, inflāmantur, hæc quoq; coruscatio est. cum uehementiori impetu tanquam è catapultâ exilierint, multo magis accensi ruunt, fulmen hoc appellatur. nam turbo à conuolutione hoc differt, quod ille calidior, hæc densiori materia constat, utrunq; tamen multam habet.

De nubibus, pluuia, niue, & grandine.

Anaximenes ex aere plurimū densato consistere nubes arbitratur. idem ex eodem adhuc plus inspissato, pluuia exprimi putat. quod si dum cadit, pluuia gelascat, niuē procreare: & grandinē, si à uento aliquo frigido comprēdatur. Metrodorus è uaporibus aquosis in sublime delatis nubes cōponi cēset. Epicurus ex atomis. rotundari uero grandinē, & pluuia longo per aerem descensu.

De arcu cœlesti.

Eorum quæ in sublimi fiunt, quædam re uera corpus aliquod sunt, ut imber & grando: quædā aut quamuis solidi nihil in se habeant, inanē tñ quandā sui spēm oculis nostris obijciūt. quod genus est arcus cœlestis, de quo tum deniq; aliquid dicemus, si prius quo pacto cernamus explicauerimus. Quicquid uidemus, uel recta, uel curua, uel fracta linea uidemus. nemo uero existimet lineas oculis aspici posse. nam cum incorporeæ sint, mente tantum spectari queunt. rectis lineis uidemus omnia quæ in aere sunt: quæq; cornu, uitro, speculariq; lapide interposito, spectamus. rara enim hæc sunt, & rectis meatibus uidenda transmittunt. curuis lineis aspiciamus, quæ aquis subsunt. quapropter & remi si quis eos è longinquo spectauerit, curui apparent. curuatur enim uisus necessario, cum sit aquæ natura densior aere. fractis lineis intuemur quas in speculis uidemus imagines,

A imagines, ad quas arcum quoque cœlestem referri dicimus oportere. prius tamen humidam exhalationem in nubem mutatam concipiendum est, tum roris instar ex ipsa minutas guttas manare: cum igitur sol in occasu uel ortu fuerit (nam arcus soli contrarius sit, oportet) tum oculi guttas, quas diximus, spectantes, solis lucem in eis refractam uident, id est arcum ipsum cœlestem. guttæ uero, non figuræ, sed coloris causa sunt. tres enim colores arcus habet, phœniceum, uiridē & purpureum. phœniceum, quia solis radij sinceri penè remittuntur: uiridem, quia plus aquæ cōmisti, minus puri redduntur: purpureum, quia magis adhuc turbidi sunt & inter guttas dispersi. exemplum sibi quisque conficere potest, si quis aquam ore sumat, & eam aduerso soli cōpressis labijs ita propellat, ut nubis rorem imitetur. nam, si se lux ad guttas refranget, arcum protinus formari uidebis. sed & qui lippientibus oculis sunt, si ad lucernam respiciant, iridem illic uident. uerum hæc Platonis, & Aristotelis mens est. Anaximenes uero cœlestem arcū fieri credit, quoties sol in aduersam nubem radios mittit, quos, densa crassa et nigra cum sit, euadere non sinit, sed eos in se detinet. Anaxagoras lucem solis ab opposita densa que nube percussam, arcum appellat, quem semper è regione solis consistere dicit. eandē quoque causam affert, cur duo soles, ut frequenter in Ponto contingit, uerum solem hinc inde stare uideantur. Metrodorus, cū solis radij nubem, inquit, intrarint, tunc nubem uiridem, radios purpureos apparere dicit.

De uirgis, & gemino sole.

Virgæ, quas in cœlo uidemus, & soles gemini, partim corpus aliquod habent, partim non habent. habent, quia è nube, quā conspicimus, constant: non habent, quia colorē, quem spectamus, proprium ipsis non est, sed aduenticiū, ut qui ex ijs rebus sit, quæ non sunt, sed apparent. hi autē omnes affectus, tam qui per naturā sunt, quàm qui per adumbrationē fiunt, similes inter se sunt.

De uentis.

Anaximãdrus uētū existimat fluxū aeris esse, cuius subtilissimas maximeque humidas partes sol iam absumpserit. Stoici uētum oēm fluētis aeris impetū arbitrantur, qui uarias appellationes pro locorum diuersitate fortiatur: nam ab occasu spirans, Fauonius appellatur: ab oriente ueniēs, sub solanus uocatur: ab Vrsa flans, Aquilo dicitur: ab Africa prorumpēs, Africus nominatur. Metrodorus uētos alios tum cōmoueri dicit, cum sol aquosæ exhalationis humorem excusserit. Etesias autem, aere iam ad septentrionem inspissato, recedentem solem peracto solstitio subsequi.

De hyeme & æstate.

C Empedocles & Stoici hyemem fieri dicunt, aere præualente, sursumque sua se densitate protrudente: æstatem autem contra, igne inualescente, ac se deorsum ad nos agente.

De terra.

Thales, & qui ab eo deriuarunt philosophi, unam tantum terram esse dixerunt. Pythagoreorū aliqui duas, hanc, & huic aduersam aliam. Stoici unam & finitam. Xenophanes infinitam ex ea parte, qua deorsum tendit, atque ex aere & igne compositam esse. Metrodorus terram aeris, solem ignis sedimentum existimat.

De figura terræ.

Thales et eum secuti, terram rotundam arbitrantur. Anaximãdrus columnæ similem, quæ tamē planam non rotundam superficiem habeat. Anaximenes mensæ, Leucippus tympani figurā habere credit. Democritus disco quidem similem, uerum magnitudine concuam putat.

De situ terræ.

D Qui Thaletē secuti sunt, terrā in medio positā arbitrantur. Xenophanes primā, ut quæ in infinitū radices suas porrigat. Philolaus Pythagoricus ignem in medio statuit, quæ totius naturæ meditullium censet. supra quæ terram huic nostræ contrariā, & inde nostrā collocat, quam ex opposita sitam illi dicit, & circa eam ferri. quamobrem eos, qui illic sunt, à nobis uideri non posse. Parmenides omnium primus terram extra duos circulos habitabilem dixit, solstitialem & brumalem.

De inclinatione terræ.

Leucippus terram in austrum propendere credit, ob exilitatem, quæ adest illi parti, eo quod septentrionalis plaga, quæ summis algoribus infestatur, compacta sit, australis autem è cōtrario, combusta. Democritus demisisse sese ad meridiem terram putat, quia satis ea, quæ illic nascuntur sustinere non possit. namque septentrionem, cum intemperie laboret, pauca gignere: meridiem, bene temperatus cum sit, multa proferre, quæ aucta terram deprimunt.

De stabilitate terræ.

Cæteri quiescere, Philolaus moueri terram asseuerat circa ignem per obliquum circulum, eo more, quo Solem & Lunam uidemus. Heraclides Ponticus & Ecphantus Pythagoricus, quauis moueri terram dicant, non tamē eam locum suum exire concedunt, sed instar rotæ circa propriū centrum ab occasu in ortum ferri. Democritus initio terram, leuior et rarior cum esset, uagasse fatetur, uerum procedente tempore grauiorem & densiorem factam, constitisse.

De diuisione terræ.

Pythagoras ad imitationē cœli terrā quinque cingulis distinxit, septentrionali, solstitiali, æquinoctiali, brumali, & australi. horū medius & duo proximi mediā terrā cingunt, atque pars hæc combusta

GALENI DE HISTORIA

busta nuncupatur: utrinque quod succedit, usque ad australem & septentrionalem cingulum, bene temperatum cum sit, habitabilis regio dicitur: inde quod superest, nimio gelu torpescit.

De concussione terræ.

Thales & Democritus terræ motus causam in aquam referunt. Stoici concussionem terræ sic diffiniunt. terræ concussio est exitus uaporis humidi è subterraneis locis in aerem prodeuntis. Anaximenes terræ siccitatem & humiditatem commotionis causam assignat, quarum illam æstus, hanc pluuia gignit. Anaxagoras terram tremere putat ob inclusum aerem, qui cum in superficie terræ incidat, nec eam præ densitate penetrare ualeat, ambientem locum succutit. Aristoteles ob frigiditatem undique ambientem, & in abeuntis locum succedere uolentem. nam exhalatio leuis & calida cum sit, in superiorem locum euadere nititur, sed, cum uiarum angustijs & obliquitate impediatur, ac succedenti quoque locum dare cogatur, conatus, & altercatio uehemens oboritur, ex qua commoueri terram oportet. Metrodorus rem nullam asseuerat, modo proprium locum obtineat, moueri, nisi uiolenter inde propellatur uel abstrahatur. quamobrem terram quoque sua in sede morantem commoueri non posse, partes tamen eius interdum loca inter sese commutare. Parmenides & Democritus terram æqualiter undique recessisse, æqualiter quocumque propendere dicunt, nec habere causam, ob quam plus huc, quam illuc, uergat. hincque fieri, ut uibrare se possit, mouere tamen non possit. Anaximenes ideo terram succuti putat, quia terram, lata cum sit, aeri tanquam uehiculo insidere credit. alij, quia perinde atque crusta, seu tabula mari incumbat. Plato sex genera recti motus enumerat, sursum, deorsum, in dextram, in laeuam, ante, retro. horum nullo terram moueri concedit. nam, cum non habeat quod plus inclinet, immota remanet, quedam tamen eius loca concava ab inclusis flatibus agitari. Epicurus fieri posse dicit, ut ab incluso crassoque aere, ut qui aquæ naturam adhuc sapiat, terra concutiatur, & ueluti subter pulsata quatatur. fieri quoque posse concedit, ut cauernosa cum sit, ab interfuso spiritu huc illuc per cauernas discurrere commoueat.

De falsedine maris.

Anaximandrus humoris primi reliquias mare existimat: maiori namque parte, quæ dulcis erat, igni consumpta, reliquum, quod extenuari non potuit, amarum substituisse. Anaxagoras, cum, inquit, inter initia stagnaret aqua, continua solis obambulatione uri coepit, atque ita factum est, ut pingui in uapores ablato, reliquum & amarum & salsum remanserit. Empedocles terram putat solis caloribus estuantem sudorem fundere, eumque maris fluctibus elutum falsedinis causam esse. Antipho quoque sudorem corporum æstuantium mare credit. Metrodorus mare putat tanquam per colum à terra transmitti, atque ita crassitiam & falsedinem ab ea mutuari. non aliter atque transmissa per cineres aqua solet. Platonici, aquam dicunt, quæ gignitur ex aere frigoris opera, dulcem esse: quæ uero caloris ope resudat, aut euaporat, falsam.

De accessu & recessu maris.

Anaximenes & Heraclitus solem dicunt uentos complures excitare, & circumducere. flantibus igitur uentis, Atlanticum mare pelli, pulsus intumescere, tumens littora inundare. rursus cessantibus uentis aquas retrahi, hocque recessum, illud accessum esse. Euthymenes Massiliensis ad incrementum & decrementum lunæ, mare crescere & decrescere iudicat. Plato, mare attolli credit aquis insurgentibus: subsidere, descenditibus. ostium enim quoddam esse, per quod aquæ ultro citroque reciprocant, indeque maris accursum & recursum fieri. Timæus complures fluuios è Celtarum montibus in Atlanticum pelagus labi putat. horum incursum protrudi & inundare mare credit, defectu reuocari & subsidere. Seleucus, cum et ipse moueri terram opinetur, existimat eam sua conuolutione in lunæ obuolutionem incidere, sicque afflatum inter duo corpora repercussum, in Atlanticum pelagus irruere, quo impetu maria cuncta attolli credibile est.

De incremento Nili.

Thales, Etesias uentos aduersus Ægyptum flantes Nilum attollere credidit. nam cum aduentis pelagi tumor ipsum erumpere non sinat, increseat, oportet, & alueum exeat. Euthymenes Massiliensis externis oceani maris aquis, quas ipse dulces existimat, Nilum augeri putauit. Anaxagoras Æthiopiæ niuibus, quæ per hyemem densata, æstiuo tempore liquecant. Democritus & ipse niuibus, sed quæ in septentrione sint. peracto namque solstitio resolui niues illic iudicat, & eas in uapores primum ac nubes mutari, tum ab Etesijs in meridiem & Ægyptum expelli, repentinos itaque illic imbres effundi, quibus Nili paludes restagnent, & Nilus ipse abundet. Herodotus is, qui conscripsit historiam, equalem dicit estate & hyeme Nilum è fontibus manare, per hyemem tamen minorem eum uideri, ob solem, qui tum uicinus Ægypto discurrens, eius aquas extenuat. Ephorus historiarum scriptor & ipse, narrat æstiuo tempore Ægyptum uniuersam laxari, atque ita magnam aquarum uim erumpere: Arabiam quoque & Libyam, rara arenosaque terra cum sint, ad id plurimum contribuere. Eudoxus ab Ægyptijs sacerdotibus se accepisse memorat, permutationem æstatis in hyemem causam esse, ut Nilus quotannis exundet. nam, quando nobis, qui sub Cancro degimus, æstas ingruit, habitantibus sub Capricorno hyems adest. quo fit, ut inde aduersus Nilum, continuis pluuijs auctus increseat, & ruptis alueis latissime spatietur.

De sensu.

A *De sensu.*

Sensum ita Stoici definiunt, Sensus est rei sensibilis comprehensio. multis autem modis sensus dicitur, nam & habitus, & potentia, & actus et imaginatio ea, quæ per instrumentum aliquod res comprehendit, & id postremo quod ipsi octavo loco numerant animæ principatum, à quo sensus omnis manat. Rursus instrumentum sensus appellatur, spiritus intelligens à principatu animæ in membra sensuum missus. Plato sensum enunciat corporis & animæ societatem, ad ea quæ foris sunt cognoscenda. uim namque quæ id facit, animæ: instrumentum quo facit, corporis esse. conueniunt autem utraque ad ea percipienda, quæ extrinsecus posita sunt. Leucippus, & Democritus sentire & intelligere nos putant è simulachris rerum nos obuiantium. neminem enim intelligere aut sentire posse, cui simulachrum eius rei non occurrat.

De ueritate sensuum, & imaginationum.

Stoici sensus omnes ueros arbitrantur: imaginationum uero quasdam ueras, alias falsas: ac sensum quidem uno tantummodo falli, in ijs quæ ad intellectum pertinent: imaginationem uero tam in ijs quæ ad sensum, quam in ijs quæ ad intellectum spectant, aberrare. Epicurus tam sensum, quam imaginationem ueram putat, sed opinionum alias falsas, alias ueras esse.

B *De numero sensuum.*

Stoici quinque particulares sensus enumerant, uisum, auditum, olfactum, gustatum, & tactum. Aristoteles sextum quidem non addit, sed communem quendam sensum omnium iudicem constituit, ad quem singuli sensus sua uisa renunciant. is enim singula discernit, & quomodo ab una re ad aliam uentum sit docet, ueluti figura uel motu. Democritus plures sensus bruta, quam Deos habere credidit.

De notionibus, anticipationibus, & ratione.

Cum (inquiunt Stoici,) homo nascitur, præcipuam animæ partem habet, perinde atque membranam scribendis literis aptam. siquidem in ea notiones quasque notat. primus adnotandi modus est, qui per sensus fit. ut si quis tunicam albam uideat, is ea remota tunicæ memoriæ habet: ac si multoties ipsam uideat, multas memoriæ habebit. memoriæ multæ, experientia nuncupantur. experientia quippe nihil aliud est, quam eiusdem rei specie plures memoriæ. Notionum autem alia natura sunt, quo diximus pacto: alia disciplina & arte comparantur: atque hæc tantum notiones appellantur, illæ anticipationes etiam nominantur. Ratio uero, qua rationales dicimur, anticipationibus intra primum ætatis septenarium completur. est autem discursus de re imaginabili. res autem imaginabilis simul atque in rationali anima suscepta est, ratiocinatio dicitur, nomine à ratione ducto. quæ

C propter in reliquis animalibus imaginabilis res non cadit, uerum in nobis tantum, & in dijs. sed quæ in nobis cadunt, ea genere imaginabilia sunt, specie uero discursus.

De imagine, imaginario, imaginatione, & imaginabili.

Chrysippus inter se differre quatuor hæc existimat, imaginem, imaginarium, imaginationem, & imaginabile. ut imago sit animæ affectio, quæ tam se, quam auctorem ostendat. ueluti cum quis albedinem intuetur, ex aspectu affectio quædam in illius animo nascitur, eiq; res ipsa, quæ alba est, respondet. quod de uisu diximus, id quoque de reliquis sensibus censeatur. Imaginarium autem id est, quod in animo sui imaginem causare potest. cuiusmodi sunt alba, frigida, & omnia quæ exterioribus sensibus mouere possunt. Imaginationis affectio est animi nullo quinque sensuum obiecto, sed potius quadam animi propensione excitata. sicut tironibus contingit, qui se ad prælium exercentes, speciem hostis concipiunt, & aduersus eam ictus suos dirigunt: nihil tamen ipsis adest, quod ense diuerberent. nihil igitur extra imaginationem quemadmodum imaginem respondet. Imaginabile autem est illud, in quod inani quadam imaginatione ferimur, atque crebro hoc deuenit in ijs qui a trabile & furore laborant, quales Orestem & Theoclymum legimus.

De modo uidendi.

D Democritus, & Epicurus è re uisa simulachrum quoddam attolli putant, idque in oculos aspicientis incidere. nonnulli radios ab oculis ad res egredi, & inde ad oculos reuerti concedunt. Empedocles radios simulachris commiscet, compositumque istud radios simulachri nominat. Hipparchus radios inquit, utroque ab oculo ad res peruenire, atque earum superficiem tanquam manum, attingere, & sic rem foris uisam intus renunciare. Plato uidere nos censet duorum luminum conuentu: uno, quod ab oculis emissum ad certam distantiam prodit: altero, quod è rebus consurgens obuiam procedit. aerem uero qui medius interuenit, affinis luci cum sit, facilem utrique congressum præbere. præsertim cum ignea uis oculorum ad id plurimum conducat. atque hæc est, quæ Platonis collustratio nuncupatur.

De speculorum imaginibus.

Empedocles à rebus uisis, quos simulachri radios appellat, effluere dicit. hos in superficie speculi collectos ab ignea uis, quæ de speculo prodit, & secum trahit aerem, in quem radij feruntur, ostendit. Democritus, & Epicurus in speculis simulachrum illud uidere nos credunt, quod assidue manat è nobis. nam simul atque in speculum incidit, cum ulterius tendere non possit, conuertitur, atque ita se nobis inspiciendum exhibet. Pythagorici eas imagines fieri censent ex contractis uisus nostri radijs. feruntur enim, ceu ferrum intenti: sed speculi densitate & leuore reuerti,

Sputij.

BB in sese

GALENI DE HISTORIA

in sese redeunt. non aliter atque manus solet, quæ si quid offendat, ad hominem se retorquet. hoc ad **E** superius caput potius attinere uidebitur: sed illuc, & alia quoque referri possunt.

De tenebris.

Stoici tenebras uideri dicunt. ex oculis enim in ipsas lucem quandam prodire, nec reuera falli uisum, sed tenebras comprehendere. nam tenebræ uisum colligunt, intercipiunt, ac retundunt. lux autem eundem dispergit, extendit, & ad res usque uidendas producit. quamobrem aer lucidus, mediæ uicem nobis præbet: tenebrosus, obiecti. Chrysippus ita nos uidere inquit, A principali facultate animi spiritus, non ater aut obscurus, sed igneus & splendens ad oculorum pupulas mittitur. inde si propinquus aer similis, hoc est lucidus, fuerit, in conuulsiorem ad res usque se profundit: sin dissimilis, id est opacus extiterit, tenebris obuiat, atque sic eas aspicit.

De auditu.

Empedocles audire nos censet, aere partem intimam aurium impellente: ea siquidem in modum cochleæ obuoluta, ac tanquam tintinabulum edito in loco suspensa, irruentis aeris pulsus omnes agnoscit. Alcmaeon autem istud idem fieri dicit, quod aures intus uacuae sint. uacua namque omnia resonare, quoties in ipsa uox aliqua feratur. Diogenes aerem quem in capite habemus, percuti uocibus & commoueri credit. Plato, & qui ipsum secuti sunt philosophi, pulsari uolunt aerem, qui auribus insidet, **F** pulsus in principalem animæ sedem ferri, sensumque sic auditus illic committit.

De olfactu.

Alcmaeon in cerebro præcipuam animæ partem constituit, atque ipsam odores inter respirandum attractos percipere censet. Diogenes autem, qui ipsam in cordis arterijs ponit, unam cum spiritu, qui ad pulmonem descendit, odores quoque cordis sinus ingredi putat. atque ideo cum quis grauiter spirat, ut qui destillationibus laborant, exasperatis & inuisicatis plena meatibus, odores non percipere.

De gustu.

Alcmaeon, cum humiditate & temperato calore, tum mollitie saporibus internoscere linguam arbitrat. Diogenes autem, quod instar spongiæ rara, & tenera sit, saporibus combibere, & eos peruenas, quæ plurimæ ad ipsam perueniunt, in cor transmittere censuit.

De uoce.

Plato uocem ita definiuit, Vox est imperio cogitationis emissus ore spiritus, & aer impulsus, qui per aures, & cerebri neruos in animum usque peruenit. proprie uero hominum locutio, improprie aliorum quoque animantium sonitus & mutarum etiam rerum crepitus, uox appellatur. Epicurus uocem asseuerat atomorum fluxum, qui est loquentibus, sonantibus, aut aliter strepentibus prodit. **G** autem atomos ad sibi similes primum effluere. sibi similes appellat, quæ sunt eiusdem generis, ut rotundæ rotundis, triangulæ triquetris, demum auribus impingentes, uocum sensum istuc committere. colligi uero quod dicit, tum ex utribus, cum musto pleni efflant, tum ex insectoribus, qui uestibus insufflare consueuerunt. Democritus aerem quoque dicit in similes atomos scissum, unam cum uocis atomis ad aures usque conuolui. nam ut in prouerbio est, graculo graculus astat, & similia Deus semper coniungit. Stoici non ex atomis compositum, sed per totum continuum aerem esse, nec inter sparsum uacuum habere contendunt. pulsus igitur aer a spiritu, fluctuat in gyrum, non aliter atque stagnum solet, iniecto lapillo. illud tantum interest, quod aquæ superficies subinde maiores circulos committit, aer autem undique totus in orbem exundat. Anaximandrus uocem oriri putat, cum aer spiritum repercutit, & eum ad aures usque retorquet, quo modo conficit, & quam nominamus echo.

De uoce corpuse sit, necne.

Pythagoras, Plato & Aristoteles incorpoream uocem arbitrantur. neque enim aerem ipsam esse, sed aeris superficiem certo quodam oris impulsu figuratam. Stoici corpus defendunt. nam omne quod agit, aut etiam facit, corpus est. uox autem & agit, cum in auribus nostris resonet, & facit, cum in sensu, quod percipiamus relinquat. insuper omne quod mouetur, corpus est. uox mouetur. nam **H** si in loca polita incidat, ut pilam a pariete, sic uocem ad nos inde reuertit uidemus. id quod in Ægypto comprehendere facile potest. si quis enim intra pyramides semel inclamet, quater & quinque subinde uox eadem remittetur.

De præcipua animæ parte, & quo modo singula comprehendat.

Stoici supremam quandam animæ partem statuunt, quam principalem facultatem, & rationem appellant. ab hac septem alias deriuari uolunt: Visum, quem definiunt spiritum a principali facultate in oculos usque protensum: Auditum, quem similiter describunt spiritum a principali facultate in aures extentum: Olfactum, quem eodem modo spiritum dicunt, a principali facultate ad nares usque productum: Gustatum, quem itidem inquit spiritum a principe facultate in linguam transmissum: Tactum, quem & ipsum quoque spiritum aiunt a principali facultate delegatum in uniuersam corporis superficiem, quo illic omnia comprehenderet quæcunque adhærendo uel prodesse, uel obesse nobis possent. Super sunt duo, quorum unum seminis procreatrix facultas nominatur, quam item definiunt, spiritum a principali facultate missum in membra semini conficiendo deputata. alterum uocis artifex facultas nuncupatur, quam similiter & ipsam inquit spiritum a principali facultate missum in membra formandæ uocis accommodata.

De sede

A *De sede principatus animæ.*

Democritus & Plato sedē præcipuæ partis animæ in toto capite statuunt. Strato in ea capitæ parte, quæ supercilijs respondet. Erasistratus in membrana, quæ inuoluit cerebrum. Herophilus in concauitatibus cerebri. Parmenides, & Epicurus in toto pectore. Stoici cuncti in toto corde, uel in spiritu cordis. Diogenes in arterijs cordis solū, quæ spiritum continent. Empedocles in sanguine: quidam in ceruice cordis, alij in membrana uestiente cor. nonnulli in septo transuerso. Iuniores quidem in ea corporis parte, quæ à capite ad septum transuersum peruenit. Pythagoras uitalē facultatem in corde, mentem autem & rationem in capite, tanquam in arce, habitare credidit.

De respiratione.

B Empedocles initio respirationem fieri sic arbitrat, Cum primum foetus humor incipit minui, (nam plurimus in eius ortu fuit) tum primum aer ad uacuum replendum patētibus meatibus succedit. postea calor innatus erumpere cum uelit, aerem foras eijcit, & eo reuertente, rursus aer subsequitur: hoc inspiratio, illud expiratio cognominatur. Nunc autem sanguine pro cursu suo per nares aerem pellente, & recursu eundem attrahente, respirationem confici iudicat. Id nos in clepsydrijs spectare monet. Asclepiades pulmonem infundibuli uicem præstare dixit, causamq; respirationis esse attenuatum aerem in concauitate pectoris. illuc enim externus aer, quod crassior sit, fertur, & inde reijcitur: cum pectus tale sit, ut neq; multum aeris continere, neq; prorsus eo carere possit. Is igitur qui in pectore subsistit aer, tenuior paulatim efficitur: & quia totus simul nequit excerni, ingredientis ponderi cedēs, foras egreditur, non aliter ac in cucurbitulis euenit. Idem uoluntariam respirationem esse credidit: collectis quibusdam angustissimis meatibus, qui pulmōni insunt, & uoluntati nostræ obtemperant. Herophilus motricem facultatem relinquit in neruis, in arterijs, & musculis, pulmonemq; censet motus quatuor habere: unum quo extra positum aerem attrahit: alterum quo attractum in pectus exprimit: tertium quo expressum denuo recipit: quartum, quo receptum foras demum eijcit. Sed hi motus partim quatuor, partim duo sunt. nam primum & tertium pulmōnis extensio facit. secundum & quartum eiusdem uisceris contractio peragit. Pectus autem bis tantum mouetur, semel cum se dilatat, & aerem à pulmōne adducit: iterū, cum se colligit, & acceptum anhelitum eidem restituit.

De affectibus.

C Stoici sensus in principali facultate animi collocant: affectus in membris quos afficiunt. Epicurus utrosq; in membris affectis reponit. Strato tam sensus, quam affectus in principe animi facultate statuit. In ipsa siquidem tolerantiam sitam esse, quemadmodum ex doloribus & cruciatibus colligi potest, quas fortes intrepide subeunt, meticulosi plus equo formidant.

De diuinatione.

Plato, & cum eo Stoici diuinationem admittunt, quæ uel numinis alicuius præsentia, uel propriæ mentis diuinitate, uel soluto per somnū animo celebratur. Verum hi plura diuinationis genera probant. omnia Xenophanes, & Epicurus tollunt. Pythagoras aruspicinam tantum improbat. Aristoteles & eum secutus Dicaearchus duas relinquunt, somnium, & furorem. nam licet animas immortales esse non concedant, eas tamen diuinum in se quiddam habere fatentur.

De insomnijs.

Democritus insomnijs fieri putat simulachrorum obseruatione. Strato cogitationem, aliam quandam naturam in somnis habere. tunc em̄ melius ipsam sentire credit, atq; ideo magis etiam cognoscere. Herophilus partim à Deo submitti somnia dicit, quæ necessario contingere iudicat: partim à natura cōfingi, cum animus rerum sibi utilium uel futurarum etiam formas effingit. partim casu fieri: confusa hæc sunt, & imaginum occurso procreata. tunc em̄ ea spectantur, quæ desideramus, id quod amantibus euenit, qui sibi per somnium amicas tenere uidentur.

D *De semine.*

Aristoteles, excrementum ultimi alimenti semen definiuit, quod in se uim conficiendi tale aliquid continet, quale est id, à quo proiectum est. Pythagoras optimi sanguinis spumam semē asserit, uel nutrimenti partem quandam superabundantem, qualis & medulla, & sanguis est. Alcmaeon cerebri particulam. Plato spinalis medullæ profluuium. Epicurus corporis & animæ modicum quiddam auulsū. Democritus ab omnibus præcipuis corporis partibus semen deriuari credit, ut ossibus, carne, uenis.

An semen corpus sit.

Leucippus, & Zeno, corpus, ipsum dicunt. semen enim pars est animæ, anima uero secundum eos corporea. Pythagoras, Plato, Aristoteles, uim seminis quæ ipsum, ceu mens disponit, incorpoream: affusum autem humorem, corpus asseuerant. Democritus, & Strato, uim quoq; corpus esse contendunt, spiritus cum sit.

An foemina semen afferat.

Pythagoras, Epicurus, & Democritus, foeminas quoq; semen effundere censent, seminales aluos cum habeant, qui in uterum ex aduerso profluunt, atq; istud causam esse ut etiam mulieres seminis usum appetant. Aristoteles, & Zeno, humorem quidem eas emittere concedunt, non

Spurijs.

Bβ ij tamen

GALENI DE HISTORIA

tamen concoctum id semen esse dicunt, uerum ex congressus fatigatione, quendam ueluti sudorem. Hippo foeminas non minus maribus semen effundere opinatur, quicquam tamen ipsum ad conformationem foetus non conducere, cum extra uterum incidat. hinc mulieres aliquot, uiduas praesertim, absq; uirili concubitu semen interdum emisisse.

De conceptu.

Aristoteles concipere foeminas arbitratur utero menstruis expurgato: cum mensibus nanque puri sanguinis quoq; portionem quandam descendere, quae uirili semini congregiendi foetum exorditur. Impediri uero coceptum iudicat, uteri immundicia, animi consternatione, mulierum sterilitate, uirorum impotentia.

Vnde mares foeminae nascantur.

Empedocles pro caloris frigorisue conditionibus mares foeminasue gigni pronunciat. hincq; illud, quod fertur manasse, primos masculos in oriente & meridie natos e terra, foeminas autem sub septentrione & occidente. Parmenides oppositum sentit: mares, ob densitatem in septentrione, foeminas, ob raritatem in meridie genitas. Anaxagoras tum masculos procreari dicit, cum dextre partis semen, in dextram uteri ceciderit, & sinistrae in sinistram: foeminas autem cum locorum permutatio facta fuerit. Cleophanes cuius mentionem fecit Aristoteles, mares, e dextro, foeminas, e laevo testiculo prodire credidit. Hipponax in naturam feminis causam refert. nam si ualidum & compactum extiterit, mares: sin imbecillum & diffluens, foeminas procreat.

De monstris.

Empedocles monstra nasci dicit, si multum fuerit semen, si paucum, si diuulsum, si euanidum, si inordinato motu immissum. Strato uel quia additum, uel quia detractum, uel quia transpositum, uel quia tumidum aliquid sit. nonnulli medici, quia tunc uterus spiritu distortus fuerit.

Cur mulieres, quamuis frequenter concumbant, raro tamen concipiant.

Diocles medicus saepe concumbentes foeminas raro concipere iudicat, uel quia semen non emittant, uel quia minus, quam conueniat, uel quia tale, ut in eo uis prolifica non sit, uel quia caloris, frigoris, humiditatis, siccitatisq; plus minusue, quam par sit, habeat: uel deniq; quia resolutus uterus, semen non contineat. Stoici uirilium membri obliquitatem culpant, ut qui recte semen eiaculari non possit. item genitalia si inter sese parum conueniant, ueluti cum uterus introrsum absistit, penis autem illuc non attingit. Erasistratus uterum tantum accusat, qui modo latior est, q; deceat, modo angustior, aut callos habeat, quibus uteri meatus obstruantur.

De geminis, & trigeminis.

Empedocles abundantia feminis, & distinctione duos tresue simul infantes concipi dicit. Asclepiades id ipsum naturae semini ascribit, nam ut hordeum reperitur, quod duarum, & trium ordinum spicas gignit, ita fertilissimum semen extat, quod duos pluresue foetus procreat. Erasistratus in apprehensionem matricis causam refert, ut in brutis quoque contingit. nam earum uterus cum bene purgatus fuerit, tunc ad corripendum semen descendit. Stoici uulvas dicunt habere oculos. cum igitur in duos semen inciderit, geminos: cum in tres abierit, trigeminos foetus edi.

Vnde similes parentibus filij gignantur.

Empedocles foetum illi similem fore dicit, cuius semen superarit: dissimilem, si calor qui semen insequeretur euaporarit. Parmenides e dextra parte uteri patri similem prodire infantem arbitratur, e sinistra matri. Stoici e toto corpore & anima semen descendere censent, eiusq; unamquamque particulam ad similitudinem membri illius, a quo descendit componi. perinde ac si pictor astartet, qui ex alicuius inspectione uultum similibus coloribus effingeret. atq; hoc pacto generis forma figuraq; retinetur. cum uero tam mater, quam pater semen effundat: si matris semen uincat, matri similem filium nasci: sin uincatur, patri.

Cur dissimiles parentibus filij nascantur.

Complures medici casu & fortuna id euenire putant, nam simul atq; tam maris, quam foeminae semen refrigit, dissimiles parentibus nati redduntur. Empedocles ad mulierum cogitationem, qua inter concipiendum habuerunt, infantes formari credit. si quidem illas quod pictam imaginem statuamue aliquam eo tempore adamabant, imaginibus statuisq; similes foetus plerunque genuisse. Stoici tacita quadam discordia radiorum & simulachrorum mentis, quo tempore semen effluebat, parentibus filios dissimiles reddi arbitrantur.

Vnde mares infocundi, foeminae steriles fiant.

Medici foeminas steriles inquirunt uteri densitate, raritate, duritie, obstructione, quam uel caro, uel callus faciat. item animi languore, corporis tabe, & eiusdem malo habitu, uel demum, quia distortus couulsusue sit uterus. Diocles uiros infocundos arbitratur, uel quia semen prorsus non emittunt, uel quia minus, quam conueniat. uel quia infocundum, uel quia uieto pene sint, aut ita distorto ut iaculari semen in uterum non ualeat, aut ita pusillo, ut in uulvam non ascendat. Stoici discordes coeuntium uires qualitatesq; culpant, quas si quis diuellat, & sui generis alteri coniungat, euincet natura, & foetum procreabit.

A

De mulorum sterilitate.

Alcmaeon mulos ideo non generare credit, quod genituram nimis tenuem habeant, id autem frigiditate contingit. mulas autem non concipere, quia ipsarum uulua non hiscat, id est, os non pandat. Empedocles in eius paruitatem & angustiam causam refert, ut quam praexiguitate, cum etiam uentri retorte cohæreat, nec iactus seminis attingat, nec si attingeret, ipsum excipere posset. Diocles Empedocli consentit se plerumque in dissectionibus uidisse scribens mularum uuluas oblique collocatas, euenireque, ut ea de causa mulieres quoque non concipiant.

An foetus in utero sit animal.

Plato foetum in utero adhuc existentem, animal idcirco arbitratur, quod se moueat, quod alimentum capiat, quod demum increseat. Stoici contra partum ipsum uentris defendunt. non aliter enim infantes, atque fructus, quos arborum partes esse constat, cum maturuerint, decidere. Empedocles & ipse respirare quidem, non tamen animal esse foetum in utero putat. Diogenes sine anima partus effundi sentit, magno tamen calore praeditos, qui statim ut in lucem editus est infans, in pulmonem conuenit, & ex eo loco frigentem aerem trahit. Herophilus naturales motus infantibus relinquit, spirationem adimit. motionum autem instrumenta neruos esse, sed partum tum denique animal euadere, cum primum editus aerem attrahere coepit.

B

Quomodo foetus in utero nutriatur.

Democritus, Epicurus, infantes dicunt in utero commorantes nutrimentum ore suscipere, hinc fieri ut in lucem editi partus, mamillas quamprimum ore conquirant. nam & intra uulua papillas quasdam esse, e quorum foraminibus alimentum ducunt. Stoici per umbilicum foetibus transmitti nutrimentum asserunt, & hac de causa obstetrices ipsum statim, ut quis editus est, ligare consueuissent, orisque rictum digitis aperire, quod cibus aliunde iam conquiri incipiat. Alcmaeon perinde atque spongas undique toto corpore alimentum foetus assumere credidit.

Quid primum in utero absoluatur.

Stoici membra pariter omnia compleri dicunt. Empedocles spinam primo, quae carinae speciem inter corporis membra praese fert. Alcmaeon caput, in quo princeps animi facultas consistit. Aristoteles cor, a quo uenae pulsantes, & quiete originem ducunt. aliqui magnum pedis digitum, quidam umbilicum malunt.

Cur septimestres infantes uiuant.

Aristoteles, & Hippocrates, ita hac de re sentiunt, si intra septem menses uterus impleatur, deorsum inclinatur, & id quod editur uiuit: si impleatur quidem, sursum autem repat, foetus quidem in octauum mensem ortum differt. Sed cum extensione debilitatus umbilicus, alimentum uix adducere queat, infans ubertim, ut solebat, non nutritur, atque ideo semienectus fame nascitur. quod si non mensem expectet, utero iam descendente, tum quoque integer egreditur. Polybus dies centum octuaginta duos, & dimidium sufficere putat, ut ortus aliquis uiuat: quod spacium quamuis sex menses comprehendat, septimum tamen computatur, quia dies ultimi septimum mensem incurunt. tot autem diebus a bruma ad solstitium Sol peruenit, ac redit. Octo uero mensium non uiuere, quia sursum rediens uterus umbilicum distendat, distentus non facile nutrimentum transmittat, atque ideo foetum imbecillum reddat. Mathematici octauum mensem, ideo nascentibus inimicum pronunciant, quia nulla societate octauum zodiaci signum cum primo teneat: septimum amicum: quoniam opposita radiatione iungatur. quod si quis octauo mense nascatur & uiuat, infelicem & breuem omnino uitam traducturum. sunt autem a se inuicem disiuncta Aries & Scorpius, Taurus & Sagittarius, Gemini & Capricornus, Cancer & Aquarius, Leo & Pisces, Virgo & Aries, Libra & Taurus. Diocles & empirici scire se dicunt octauo mense natos uiuere, infirmos tamen eos, atque ideo frequenter mori. Timaeus duodecim mensibus partum gestari credidit, nouem tamen eos interdum existimari, interdum & septem, quia non semper statim a conceptione menstrua supprimantur.

De ortu animalium.

Qui mundum genitum dicunt, animalia quoque genita concedunt, & interitura: qui ingenitum asserunt, ea sibi uolunt semper succedere. partes enim mundi sunt animalia. quamobrem Anaxagoras, & Euripides, nihil, inquiunt, interit eorum quae sunt, sed in aliud commutatum, diuersam speciem suscipit. Anaximander in aqua putat animalia primum orta, spinosisque corticibus inuoluta fuisse. uerum postea cum aetatis processu in siccum exiissent, obruto cortice modicum tempus superuixisse. Empedocles animalia primum edita, quemadmodum & stirpes etiam, nequaquam inter se recte commissa credidit, sed parum convenientibus partibus composita: secundo nata, sic inter se partibus iuncta fuisse dicit, ut quales nunc statuae sunt, tales uiderentur: tertio postmodum orta membris ex sese prodeuntibus extitisse: quarto demum genita non amplius ex uno aliquo simili ut terra, uel aqua constituisse, uerum ex sese, iam sceminarum pulchritudine ad procreandum uiros incitante. Cuncta uero animalia pro temperatura conditione quatuor generibus esse distincta. sponte namque alia aquas petunt, tanquam naturae suae plus accommodas. alia aerem adeunt, quod eius in se plurimum continent. alia terram incolunt, ex eo quia suapte grauitate illuc trahantur. alia toto pectore uisum effundunt, quod aequali temperatura constituta sint.

Spurij.

Bβ iij

De gene=

GALENI DE HISTORIA

De generibus animalium, & an omnia sensu prædita rationis usum habeant.

E

Extat liber Aristotelis, in quo quatuor generibus animalia facit, terrestria, uolantia, aquatica, cœlestia. stellas namq; ac cœlum ipsum arbitratur animal immortale rationeq; præditum. Democritus, & eum secutus Epicurus, cœlestia non enumerat. Anaxagoras animalia cuncta rationem agendi quamuis continere non dubitet, omnibus tamen quam passibilem & mentis interpretem appellamus, non concedit. Pythagoras, & Plato, bruta quoq; rationem habere fatentur: corporis autem intemperie rationis usu carere, præsertim cum loquendi facultatem non habeant, ut canes & simiæ, quæ licet aliquid ganniant, non tamen illud quicquid id est eloqui ualent. Diogenes & ipse non expertia quidem bruta rationis asserit et intellectus, uerum partim corporis crassitie, partim humore nimio, nec discurrere, nec aduertere, sed affici perinde, atq; furentes solent, in quibus præcipua animi facultas delinquit.

Quanto tempore foetus in utero formetur.

Empedocles in hominibus à trigésimo sexto die foetum incipere dixit, unde quinquagesimo partibus omnibus absolui. Asclepiades in masculis, q; calidissimi sint, uigésimo sexto die membra distingui, quinquagesimo consummari credidit, quosdam tamen etiam intra hoc tempus formari: foeminas autem intra duos menses incipere, quarto compleri frigidiores cum sint: alias autem animantes ex elementorum facili congressu pariter totas & inchoari, & absolui.

Ex quibus elementis membra singula constent.

Empedocles carnem ex æquali quatuor elementorum portione constare uoluit. neruos ex igne, terra, & aquæ partibus duabus. ungues ex neruis, aeris contactu refrigeratis. ossa ex aqua, & terræ partibus æqualibus composita quidem uideri, constare tamen è quatuor elementis, in quibus ignis, & terra dominantur. sudores & lachrymas attenuato, & eliquato sanguine manare.

Quo tempore homo perfectus sit.

Heraclitus, & Stoici homines inquit perfectos esse, transacto secundo septennio, quo tempore semen adolecētes excernere incipiunt. nam & arbores tum perfectas haberi, cum fructum gignere cœperint: imperfectas quoad fructum effundere non ualuerint. Aristoteles post septem annos hominem perfectum existimat. ab eo siquidem tempore boni, maliq; notionem pueris inesse, disciplinaq; tum eos capaces haberi: alij tertio septenario perfici nos arbitrantur. quod iuuenes facti tunc pubescimus, & plurimum corporis uiribus præstemus.

De somno, & morte.

Alcmaeon sanguinis recessu in uenas ipsius confluxui deputatas somnum fieri censet: mortem uero, si prorsus omnis illuc abscedat, quia frigidum corpus, ita nimium redditur: expergisci uero nos idem sanguinis eiusdem reditu putat. Empedocles calore sanguinis parumper frigefacto, somnum: prorsus refrigerato mortē oboriri credidit. Diogenes, si, inquit, sanguis qui per uniuersa membra diffusus est, uenas impleat, & aerē, qui in uenis continetur, non tamen totum in pectus, & uentrem pellat, somnū pariet, & ea membra solito plus incalescent. sin totum protrudat, mortem inferet. Plato, & Stoici dormire putant animalia quiescente spiritu illo, qui sensibus uigilantibus ministrat. non quia uelut in terram concidat, sed quod ad principem animi facultatem feratur, quæ intra supercilia sedem habet. occidere uero si spiritus ille prorsus omnem motum amittat.

Somnus, & mors animi sint an corporis.

Aristoteles tam ad animū, quam ad corpus somnū quidem spectare iudicauit. Somni uero causam esse uaporē, quem uenter in caput submittit, & calorem, qui in corde uiget, crudo alimēto refrigeratū. mortem uero solius corporis esse. mori namq; animam non posse. Anaxagoras ex longa corporis fatigatione somnum excitari credidit, corpusq; nō animū ipsum affici. cæterum animas quoq; mori cum à corpore separant. Empedocles mortem opinatur discessum eorum ex quibus homo constitit, propterea q; tā animas, q; corpora occidere, somnū uero caloris secessu aduenire.

An stirpes animalia sunt.

Empedocles non solum animatas, sed animalia quoq; stirpes arbitratur. id autem cōfici, quod se cōmoueat, q; ramos intentos teneant, q; adductos uix sequi permittant, quod remissos celeriter adeo reducant, ut pondus etiam secum auferant. Aristoteles animam quidem eas habere, non tamen animalia esse concedit. animalia namq; sentiunt, appetunt, & ex eis aliqua etiam intelligūt. Stoici, & Epicurei, stirpes ne animam quidem habere uolunt. animalia namq; solum animam habere, ac eorum alia concupiscere & prosequi, alia rationem quoq; possidere. stirpes autem non animas, sed casus instinctu pullulare.

Quo pacto stirpes augeantur.

Empedocles, inter animalia stirpes primum è terra natas asserit, ante q; Sol circumageretur, diesq; à nocte discretus esset. eas quoq; maris & foemina rationem coniunctas habere, ex temperamenti conuenientia: crescere uero ob calorem, qui terræ subest, quamobrem ipsas sic terræ partes esse, ut foetus uteri. fructus aut ignis & aquæ, illius quæ stirpibus insunt, excrementa censerit: frondes amittere, quibus æstatis calor humorem absumpserit: semper frondere, quæ maiorem succi copiam habent, ut laurum, oleam, palmam: saporum uarietates, cum ex alimentū diuersitate,

tum

A tum ex stirpium differentia nasci, quæ è terra id quod sibi simile est, attrahunt. neq; enim tam uitium differentiam, quam soli diuersitatem, dissimilia uina procreare.

De nutrimento, & incremento.

Empedocles animalia censet alimenti conuenientis accessu nutriri: crescere, multi caloris præsentia: minui, caliditate diminuta: tabescere demum, & extinguui utroq; ablato. Huius autem ætatis homines, si primo genitis hominibus comparentur, infantium instar esse.

De febre.

Erasistratus ita febrem definiuit. febris est motus sanguinis conceptacula spiritus subintrantis nullo febrientis assensu factus. nam ut mare cum nullis uentis infestatur, quæ iacet, cum aliquo uento præter modum impellit, undiq; fluctuat: sic in corpore cum sanguis excitat, spiritus conceptacula subit, ibiq; excalesfactus totum corpus incendit. placet quoq; ipsi febrem etiã unum ex hisce accidētibus esse, qui alicui morbo superueniunt. Diocles ex ijs, quæ uidemus, ea, quæ latent intueri nos monet, & cū uideamus, inquit, inflammationibus, abscessibus, uulneribusq; febrem subsequi. ob orta febre, licet aliquid istorum fieri non cernamus, intus tamen aliquid eiusmodi factum esse credendum est. Herophilus etiam nullo præcedente morbo, febrem quandoq; concitari dixit.

B

De morbis.

Alcmaeon sanitatem constare credidit ex æqualitate caloris, & siccitatis, frigoris, & humiditatis, item dulcedinis, amaritudinis, & id genus alijs. morbos autem excitari, quoties istorum unum aliquod cæteris dominetur. singulorum nanq; excessus societatem dissoluit, atq; ita morbum parit. Diocles, cum ex inæqualitate elementorum, quibus corpus compositum est, tum ex aeris constitutione morbos oboriri existimat. Erasistratus ægrotare nos arbitratur ob alimentum uel nimium, uel incōcoctum, uel corruptum: sanos uiuere, si ciborum quantum sufficiat, assumpserimus: & dum eos assumimus, ordinem quendam seruemus.

De senectute.

Stoici, & medici pariter omnes consentiunt senectam inopia caloris aduenire, ac qui plus caloris habuerint tardius senescere. Asclepiades, Æthiopas arbitrat celerius alijs in senium deuenire, sexagesimo siquidē ætatis anno, qm̄ eorum corpora Sol plus, q̄ par sit, excafaciat. Britannos contra annis centum uiginti perdurare. nanq; cum frigidam regionem incolant, calorem ingenitum diutius conseruant. Æthiopes enim quos iugiter Sol relaxat, rarum, Britannos, cum sub ursorum degant, spissum corpus habere. atq; ideo longiorem uitam ipsos traducere.

C



GALENO ASCRIPTVS LIBER, CUI TITVLVS EST, PROGNOSTICA DE DECUBITV INFIRMORVM, EX MATHEMATICA SCIENTIA.

Josepho Struthio interprete.

CENSURA.

Liber anilium fabularum, & superstitionis plenus.

D

De astrologie dignitate.



ONSTAT quidem uel ex Stoicorum philosophorum sententia, qui non minus in loquendo, q̄ in bene uiuendo fuere semp exquisitissimi, qualis, & q̄ exactæ ueritatis sit mathematica sciētia: nihilominus cū præfens sermo de ijs est institutus, q̄ ars medica perhibet, necessarium uisum est nobis, medicorum præstantissimorum assertiones afferre, tum ut mathematica cognoscatur ab omnibus, tum ut ipsi medici, quamuis non oēs, plurimi tñ eam partem suæ artis, qua ipsi ad præuidendas res plurimas utunt, mathematicæ sciētia se debere intelligāt. Hippocrates igit uir præcipuus, ac in rerum scientia admiratione dignus, inquit: Quicūq; in medicina se exercent, eius aut philosophiæ ignari sunt, q̄ docet dare iudicia de reb. à natura earum desumpta (physiognomoniam uocāt) horum animus in tenebris perpetuo oberrans fatigatus cōsenescit: Non solū non recte agere huiusmodi homines: sed etiã plurimū decipi dicit: ait em̄ eorum animū errore confici ac defatigari, q̄ usum physiognomonie ignorāt. Cū aut maxima pars astrologie ad eā, quā diximus physiognomoniam,

Spurij.

Bb iij moniam,

GAL. DE DECUBITV PROGNO.

moniam, seu philosophiã iudicatoriam pertineat, liquet illũ si partẽ laudauit, multo magis totam B laudauisse. Diocles aut̃ Carystius medicus & orator, non solum hoc idẽ dicit, ut & tu ipse scis, sed etiam asserit, ueteres medicos ex diuersitate luminis, & cursus Lunæ præcognitiones, quę in morbis fiunt, conficere solitos fuisse. Cum uero dignitate, & eruditione præstantissimi uiri, qui medicinæ partem præcognitoriam, non solum diligenter persecuti sunt, sed etiam scriptis suis adauxerunt, idq; non solum ex sua arte, sed aliunde etiam sumpto auxilio, aliqua de ijs rebus memoriã p̃diderunt, inde & tu charissime Aphrodisi, si decubitum infirmi diligenter exploraueris, atq; ueterũ illorum quos diximus, principijs institeris, uberrimam tuæ artis frugem es accepturus, præcognoscendo ac prædicendo ea, quæ infirmis sunt euentura. Rem autem hinc ordiamur.

De Schematibus Lunæ in Ariete.

Ante omnia considerare oportet progredientẽ Lunam, sit ne in augmento, an decremento sui cursus, non luminis, in quo multi decepti sunt. Si igit̃ eo tẽpore, quo quispiã primo decumbit, Luna in aliquo signorũ duodecim, suo motu moueri incipiat, accedẽs ad oppositã signi partẽ, (pars aut̃ signi opposita est, quæ maxime, & ex diametro distat) præsertim uero si tũ etiã cõiunctionem cum Sole faciat, unde tandẽ à cõgressu facto in xvi partẽ egressa, soluta iam cõiunctione in maiorem sui cursus magnitudinẽ tendat, occidet infirmũ sub aduentũ in clxxx partẽ. Si uero prius decumbente infirmo, Luna cursu suo diminuta incedat, morbum ad oppositã usq; signi partẽ protractum, ubi diametrum exierit, in salubriore egritudinẽ transmutabit. Aduerte aut̃ & motus, seu testimonia stellarum reliquarũ: si enim tẽpore incipientis decubitus, Luna in cursum maioreẽ tendat, interim aut̃ & in schemate Solis (aspectus alijs uocãt) extiterit, augebit morbum, & periculoliorẽ faciet. Si aut̃ & lumine, & motu aucta sit, ineuitabile infirmo periculũ dabit, ubi diametrum attinget. Quod si in aduertem Solem Iuppiter forte incidet, ipsa unã cum Ioue Soli schema offerente, morbum quoad fieri poterit securiore faciet: siue etiã in schemate tetragoni Iouis (quadratum nostri uocant) existat, infirmis sanitatem restituet aduentante diametro. Si uero Saturni adusti schema accederet, cursum aut̃ suum eo tẽpore diminuĩt, in summo discrimine ac periculo infirmum reponet, aduentante incepti cursus parte cc. Si uero & posteaq; à cõiunctione se redemerit, in minoreẽ cursum ferat, mortẽ ineuitabileẽ inferet, circa partẽ incepti cursus clxxx. Si autẽ tempore cõcepti decubitus Sol Lunæ schema ☉ dederit, ipsa uero tunc cursum siue etiam lumẽ minuat, minuet & morbus, ubi uentũ fuerit ad partẽ incepti cursus cc. ac postea occurrente bono aliquo schemate, ad sanitatẽ suam infirmus redibit. Si autem & cõiunctionẽ futuram etiã motu diminuto solutura est, sanitatẽ restituet circa partẽ incepti cursus clxxx. Opus aut̃ erit animadtere in primis, quomodo stellæ singulis signis sint repositæ, & quẽ sitũ habeant: ex progressu em̃ Lunæ per signa duodecim causæ morborum cognoscunt̃. Scito aut̃ si quis calculos, seu numeros negligenter disposuerit, nihil uere posse succedere: falsitatis aut̃ non res ipsa, sed qui negligenter segerit, causa est. Disquirito tandẽ accurate, & figurã genituræ: ex ea enim singula exacte cognoscunt̃. Decumbẽte igitur aliquo dum Luna est in Ariete, existẽs in schemate Solis, morbus accidet ex eo, q̃ ægroto à radijs Solis caput exustum est. dolor erit in membranis capitis. erunt febres continuę, erunt uigilię, incensiones nimie, sitis, asperitas linguę, ustio, ac ueluti flamma in thorace, dolor in hepate, pulsus retracti ac inordinati. Huic utilis est detractio sanguinis, ac mitigantiũ, & refrigerantiũ adhibitio: alienatio enim mētis futura est, & phrenitis. Quod si interim nullus ex planetis beneuolis Lunã protexerit, ac ipse etiam Saturnus unã simul tetragonũ Lunæ addiderit, ultra septimã nõ uiuet, præsertim si tum Luna motu, aut lumine augeat̃. Si aut̃ decumbat aliquis dũ Luna est in Ariete, affecta maleuoli schemate, tetragono scilicet au: diametro, uel si cũ eo fuerit cõiuncta, oportebit eũ ipsum planetã animaduertere: & siqdẽ fuerit h, causa est in capite, morbus est lethargus, ægroti sunt somnolẽti, insensiles, frigidĩ, neq; eandẽ seruant æqualitatẽ morbi. nunc em̃ augefcit, nunc minuit̃. Quod si Luna tum motu aut lumine, aut utroq; est diminuta, sum H mã ac extremam (ut & antea diximus) morbi accessionẽ timeat, circa partẽ incepti cursus cc. Cõspicito aut̃ eo tempore & stellas alias: si em̃ ꝥ aliquo schemate Lunæ annuerit, magnũ quidẽ infirmo periculũ est subeundũ: prætergressus tamen diametrum, sanus seruabit̃. Si autẽ Mercurius solus prædicto scopo (Lunæ scilicet cũ Saturno, ita ut diximus situatæ) schema suũ addiderit: citra ullũ dubium morietur. Si uero Mercurius unã cum Marte ignito, hos tu redemptores magis, q̃ interpretores censeto: tua porrò intererit omnẽ prudentiã ac solertiã infirmo adhibere, cum te non lateat Saturnum efficere affectiones frigidas, & rheumaticas. At uero si Mars dederit schema, præsertim diametrum Lunæ motu etiam & lumine augefcẽti, hos faciet capitis affectus, alienationes mentis, phrenitidas, iræ impetus, phlegmonas, accensiones, insultus sanguinis. Oportebit igitur in omnibus ijs adhibere ea, quæ refrigerãdi, & remittendi potestatem habent, hisq; utendum maxime circa tetragonum: à tetragono em̃ trium dierum spacio incipiet uigere magnitudo morbi: futuri aut̃ sunt usq; ad incepti à Luna cursus diametrum periculofissimi, & acutissimi affectus. Si aut̃ huic scopo (Lunę scilicet cũ Marte in eo, ut diximus, situ repositę) Mercurius etiã suũ schema adiũxit, post exacta tanta pericula infirmus sanabit̃, Mercurius em̃ Marti probe congruit, Saturno minime. Quod si decubat aliquis, Luna aut̃ sit in schemate Iouis, aut Mercurij, & Veneris, et si pro

utriusq;

A utriusque planetæ natura, in æquales est factura ægritudines, & in diuersos affectus infirmos transfatura, proculdubio tamen sanantur. Operæpretium autem erit te animaduertere rationem uictus, horas, exercitia, balnea, potus uini: & si quidem ad Saturnum pertinent, qui ægritudinē afflicti sunt, tenebuntur desiderio balneorum, sessionis quietæ, frequentis nutrimenti, calidæ potionis: qui autem Martem attinēt, frigidæ potionis, motus, uini, inquietudinis. Vtile est igitur te iuxta singulos planetas, suo cuique modo desiderio non aduersari: quælibet enim stella cuius rei desiderio tenetur, eadem reficitur recreaturque. Non arbitraberis autē Aphrodisi optime (ut ego opinor) curas eiusmodi contrarias esse rationibus medicorum: ego enim qui bene naturas stellarum cognitas habeo, dixi quibus quæque rebus delectetur, ubi fuerit ab omni noxa ac uicio aliena. Si autem dum Luna est in σ Solis decumbat aliquis, Saturnus autem in tetragono sit aut diametro, aut etiam Lunam præsens adeat, quæ lumen & motum suum diminuat, erit morbus quo ad originem, ex crapula, & diuersitate ciborum ac multitudine: futuræ autem sunt febres cum astrictione alui, inflammationes hypochondriorum, articulorum dolores, pulsus retracti, ac inordinata totius corporis supercalefactio, circa pulmonē aut & sinistrū latus, erit sensus grauitatis. Huic auxilio erit subtractio sanguinis, ac usus eorum omnium, quæ habitum corporis soluere possunt. Quod si

B nemo ex beneuolis Lunam protegit, omnino diametrum uiuus non supergredietur: immo si & Mars idem schema quod Sol habuerit, aut ex diametro Lunam aspexerit, supra primum incepti cursus tetragonum non uiuet. At si beneuoli adfuerint, & Lunam inspexerint, periclitatus sanabitur.

De schematibus Lunæ in Tauro.

Si quispiam decumbat Luna existēte in Tauro, maxime hora diei, Sol autē Lunæ offerat diametrum, aut tetragonum, erit morbus ex multitudine sanguinis, aderit astrictio alui, aderunt accensiones, dolores colli & circa ossa, superflua uigilia, desiderium rerum frigidarum & uini. Huic sanguinis detractio plurimum conducet, atque ea omnia utilia erunt quæ uim aperiēdi habent. Saturno autē idem schema quod Sol habente, si nullus beneuolus protegit, diem undecimum non transiget: si autē beneuoli præsentés adfuerint, aut schemata porrigunt: post exacta pericula uigesimo die sanabitur. Si autē Luna, ut diximus, posita in Tauro, decumbat aliquis, motus autē Lunæ & lumen minuitur, ad hæc Saturnus quocumque tandē in schemate reponatur, præsertim si & ζ pariter schemate cōtineatur, affectus ægritudinum iuxta signi propriam naturam erunt tardi motu, difficiles cogniti: quos crederes absentes esse: cum tamen ægrotum affligunt. aderit uirium prostratio, ac totius corporis debilitas, stomachus appetitu priuatur, calor in profundo latet, articulorum dolores incessunt,

C totum corpus male habet. Hæc autē ego tibi in omni zodiaci signo indicia, propono, ut dum aliquod horum se tibi obtulerit, circa infirmum dubius non hæreas. Signum autē hoc natura sua tēpestates ac uentos cōcitatur, ac eorum quæ in mari & terra eueniunt indicia facit: idcirco oportebit te præcipuam capitis curam habere, hoc enim est quod primam morbi causam cōtraxit, quauis hoc ita non appareat: totum neruofum genus cōpatitur, præter cetera stomachus: pulsus profundus ac reptantis formicæ spem præ se ferentes, præsertim de die: propterea utilissimum quidē erit infirmum nutrire: non tamen tu pusillanimis subtractionē sanguinis uereare (licet id nimiam subinde debilitatē inducat) neque subductionem alui, nec alia quæ euacuant. A tetragono autē incepti cursus usque ad diametrum æger diligentius est obseruandus: & si quidē posteaquam cōiunctionē Solis euaserit, meliora indicia Luna ostendit, soluetur morbus in diametro: si autē euadens cōiunctionē peius indicat, maxime si tēpore cōcepti decubitus nullus ex beneuolis protexit, ultra diametrum non superuiuet. Si autē decumbat aliquis existente in Tauro Luna, cum schemate Martis (præsertim ubi Luna est amphicyrta) augēs motus suos, causa morbi erit circa collum & hypochondria, idque ex ingurgitatione ac cibo nimio: febres aderunt urētes, alui astrictiōes: asperitas linguæ, amaritudo oris, sitis nimia: ipsi autē ægroti oculis torui, truces aspectu, sermone audacissimi, qui aduersus suos facile iritantur ac exiliunt. Oportet igitur summam diligentiam strictæ alui & educationi sanguinis adhibere, neque desiderio frigidæ potionis eorum multum aduersari: morbi ipsi à principio quinque dierum spatium acutiores erunt: uigebunt usque ad septimam. Hic autē ad alia te esse etiā attētum oportet: si enim cōspexeris Ω in quarta, scias ægrum, periclitum & aptum esse cardiacæ passioni: ideo fac ut omni hora totius septimanæ accuratus sis, ut citra incommodum uinum exhibeas, & frigida alia. Si autē transacta septimana æger in deterius labitur, ultimum illi uale dicitur, proculdubio enim obibit. In hominibus uero indicationibus oportebit te & horarum aptitudinē inquirere, id quod fiet si repereris horas eas quibus schemata beneuolorum prædeunt: hæc tibi plurimum conferent tam in nutriendo, quam in lauando & exhibendo potu: si enim hora bonorum schematum cibus offeratur (licet hoc dictis medicorum non nihil repugnare uideatur) plurimum conferet infirmo. Quod si Lunæ in illo quem diximus loco residētis ζ aut η aut θ schemata dederint, siue ipsa motum augeat, siue minuat, certum salutis in diametro affuturæ indicium tibi esto: quare citra exhibitionem aliorum sola attenuate diætata utere.

De schematibus Lunæ in Geminis.

Si quis decumbit existente in Geminis Luna, cui adsit præsens huiusmodi schema diametrum aut tetragonum offerat, causa prima morbi erit ex nimis laboribus, uigilijs, & maxime ex itineribus. Quod si tum Luna motum & lumen augeat, locus affectus erit manifestus, morbus breui seipsum declarat: augeri uero incipiet à die tertia usque ad uigesimalium. erunt enim leuiusculæ febres, &

GAL. DE DECUBITV PROGNO.

macies quæ per nocturnos assiduosq; labores exinanito sanguine contracta est: aderunt & sple- **E**
 nis grauitates. Vbi aut ex beneuolis nullus protexerit, Mars aut idem quod Saturnus schema ha-
 buerit: post diem trigessimam obibit. Si uero boni praesentes affuerint, aut Lunam inspexerint,
 chronicis ac periodicis morbis detentus tandem sanabitur. Si aut decubat aliquis in geminis Lu-
 na existente, cui tetragonum uel diametrum Mars offerat, uel praesens apud eam sit, augescete eius
 lumine & motu, morbus incurret periculosus & molestissimus: erunt enim febres continuæ, ad-
 strictiones alui, uisiones magnæ, pulsus retracti ac inordinati. huic igitur cõpetet sanguinis detra-
 ctio. Et si ex beneuolis nullus Lunam protegat, Saturno idẽ quod Mars schema obtinente, mor-
 rietur in diametro: si uero beneuolus aliquis Lunam intueatur, post tanta pericula seruabitur. Si de-
 cubat aliquis in Geminis Luna existente, praecipites causæ morbi erunt labores & balnea: mor-
 bus aut qualibet humiditate exaggeratur magis. Quod si Saturnus unã cum Mercurio schemata
 adiciant, maxime Luna diminutis gradibus abscedente à Sole, erunt dolores circa opertas scoptu-
 las & lumbos, totum corpus calet, & ad similitudinẽ ambustorũ in superficie dolet. Huic inutile
 fuerit si de uno loco ad alterum trãferatur, id quod ipse optabit: aduersatur illi & frigida quicunq;
 potio usq; ad septimam. Si autem Luna incidens in Solis coniunctionẽ, in minores motus pro-
 grediatur, sine dubio morietur. Quod si praedicto scopo Lunæ. scilicet cõ Saturno & Mercurio, ita, ut di- **F**
 ximus, posita, accedet tempore cepti decubitus schema alicuius beneuoli, infirmi ipsi ab alijs ad
 alia mala transferentur, in ischiasas, & id genus alios articularũ dolores. Quantitas temporis mor-
 borũ ostendetur ex cõiunctione Lunæ. i. accessione ad stellas beneuolas, quæ infirmos redimunt.
 Hanc aut rationẽ & in alijs omnib. signis obserues. Non ignores & illud, qd in quodcunq; signum
 Luna intrauerit, illic imperium habet. Scito & hoc, qd planetae quã sunt diametrum Lunæ porrectu-
 ri, facile ipsimet hoc indicant. Si autem Luna, ita ut in priore exemplo dictum est, in Geminis exi-
 stente, tempore cepti decubitus Mars aut Sol aut uterq; simul schemata sua porrigant (praesertim
 si Luna sit amphicyrta) ipsa uero Luna in maiorẽ motũ feratur, æger ita omnino sibi persuade-
 bit, ut credat se certo moriturũ: proinde lamẽtabitur, flebit ac tristabitur. in loquẽdo erit proptus
 & audax. diuersas simulacrorũ seu phantasmatũ spẽs ante oculos cernet, qd omnia illi sunt ad mor-
 bũ. augent. n. illum & deteriorẽ reddunt. de die aut & stomachi debilitas incurrit, & panniculorũ
 capitis dolores inuadunt ita, ut infirmi dissoluantur, & pulsuũ motu penẽ careãt. Oportet igitur
 fomentãdi resoluendiq; diligentẽ curam habere, sanguinem detrahẽre, ac cibos opportune ex-
 hibere. Ex cõiunctione aut Solis cognosces, sit ne futura morbi solutio: & si malũ stomachi pro-
 sperius tibi apparebit, & panniculorum capitis dolores abscedent, sanabũtur sine dubio infirmi. **G**
 At uero si à diametro morbus in maius augetur, & tabes uentriculo inuecta fuerit, citra ullum du-
 bium peribunt: maioribus autem auxilijs quæ apud medicos in usu sunt opus esset. Si autem ad
 signum hoc Geminorũ tempore decubitus incepti, beneuolæ stellæ schemata porrigunt, siue Lu-
 na motum augeat siue minuat, medicatione opus nõ erit: diæta enim, aere bono, balneis, deambu-
 lationibus, exercitationibus, morbus abigetur: aliquando etiam in tetragono infirmi liberantur.

De schematibus Lunæ in Cancro.

Si decumbat quispiã Luna in Cancro existente, cui Saturnus uel praesens iungatur, uel porrigat
 diametrum aut tetragonum, erit morbi prima causa balneum & refrigeratio. aderit fluxus ad tho-
 racẽ. aderunt tusses. aderunt constipationes, febres non uiolentæ, sed tñ malignæ, pulsus parui ac
 debiles, grauitas in lateribus. Huic congruunt omnia quæ calefaciendi uim habent. Si uero ex be-
 neuolis nemo Lunam intuetur, longiore ægritudine detentus post diem quadragesimam obibit:
 at si beneuolus aliquis Lunam inspicit, plurima mala perpeffus tandem sanabitur. Si aut decum-
 bat aliquis Luna in Cancro existente, cui Mars aut praesens iungatur, aut tetragonum siue diame-
 trum obijciat, erit prima morbi origo ex nimio uomitu, ac ea agitatione, quã cholera uocant, aut
 uentriculi subuersione. Huic igitur congruunt ea quæ constringunt & refrigerant. Quod si ex bene- **H**
 uolis nemo Lunam inspicit, ad primũ tetragonũ incepti cursus obibit: si uero beneuolus aliquis
 aspiciat, in primo incepti cursus tetragono sanabitur. Si aut decumbat aliquis Luna existente in
 Cancro, erit morbus ex repletionẽ uini & ingurgitatione: inchoabitur autem à commotione di-
 stensionẽq; membrorum affectorum: eger interrogatus bene morbum edisseret. Erit autem aliqñ
 ex uomitu etiã citra repletionem: æger male de se sperabit afflictus dolore laterum, optabit aerẽ
 frigidũ semper exponi. quapropter & uestes dilacerat. Sapius aut & coli dolores incurrit, ma-
 xime transacta diametro: proin oportebit non solum à frigidis abstinere, sed etiam adhibere ea quæ
 resoluant & confortent, praesertim in principio. Si autẽ Luna non sit immunis, sed Martis aut So-
 lis aut utriusq; aliquo schemate opprimatur, febres assurgunt augenturq; pulsus sunt inæquales,
 nunc debiles, nunc firmi. Confert autem huic sanguinis detractio facta in tempore: à principio
 enim quinq; dierum spacio usq; ad incepti cursus partem, c. c. comitabuntur affectum laterum
 diuersa & praua accidentia. Quod si nemo beneuolorum protegat, futurum est ut à coniunctio-
 ne Solis neruosum genus male afficiatur, ita ut capti tandem mente uociferent & acclament: iux-
 ta autem naturam signi huius mala de nocte magis affligunt. Si autem à coniunctione Solis Lu-
 na motu diminuto se est redemptura, non priuata praesidio bonorum, æger in morbum periodi-
 cum

A cum decidet ac sanabitur. Quòd si Luna bonorum præsidio priuetur, iuncta cõmunioni malorũ, nihilominus & in periodico morbo obibit. Si uero prædicto scopo nemo mediũ obuenerit, Luna uero à coniunctione Solis motum diminueat, post diametrum sanabitur: at si à coniunctione motũ augeat, mediũ uero intercessit maleuolus Saturnus, subibit tot pericula, post diametrum tñ sanabitur. Porro natura huius signi est ut malignos & difficile solubiles morbos afferat, quibus ea remedia & curæ quas crederes multum profuturas, magis nocebunt. Vtilis autem est uini exhibitio, balneũ, & cibus qui facile in corpus digeritur. Si uero Saturnus Lunæ à coniunctione exeun-
 ti unà cum Mercurio schemata obijciat, auferentur morbi quocunq; tandẽ modo, sed relinquuntur dolores articularum, & earum partium quæ circa aures sunt. Nonnullis autem circa pulmonem aut hepar aliquid mali remanet, eritq; diuturnum & longum. Aduerte autem si in his schematibus Luna minuat motum: hoc pacto enim faciet id quod reliquum est mali nõ solum longo tẽpore duraturũ, sed mortẽ etiã allaturum. Si uero motum augeat & lumen, & autẽ quocunq; mō illi adhareat, malũ relictũ tantisper durabit, quoad Luna peruenerit in decimũ ab incepto cursu signũ. Quando autẽ Luna in Cancro existens bonorum tantum schemata habet, aut et ipsius Mercurij, soluuntur morbi ad primum incepti cursus tetragonũ. oportebit uero abstinere à frequen-
B ti balneo, exercitijs autem uti & deambulationibus, ita enim morbis bene consulatur.

De schematibus Luna in Leone.

Siquis decumbat Luna existente in Leone, cui Sol diametrum aut tetragonum porrigit, prima morbi origo erit ex repletionem & cruditate. aderunt grauitates thoracis & hypochondriorum. aderunt febres, quarũ calor maior erit in pfundo, q̃ in superficie corpis. aderit astricta aluus. Huic cõgruent omnia quæ calefaciunt modice & aperiunt. Quòd si nullus ex beneuolis Lunã inspiciat, circa diametrum morietur: si uero boni Lunã inspiciunt, plurima mala perpessus tandẽ sanabitur. Si autẽ decumbat aliquis, in Leone Luna existente, cui Mars uel præfens iungitur, uel diametrum aut tetragonũ porrigit, erit prima morbi origo ex nimia plenitudine sanguinis. febres aderunt cum fluxibus alui, pulsus debiles & submersi, defectus animi, lapsus appetitus, grauitas, somnolentia, & languor totius corporis, immo & cardiaca aliqñ. huic congruent ea quæ cõstringunt ac modice refrigerant. Quòd si nullus ex beneuolis Lunã aspiciat, die nona morietur: si uero boni aspiciunt, plurimum periclitatus, post diametrum sanabitur. Si autẽ decumbat aliquis Luna existẽte in quacunq; parte Leonis (hoc autẽ quod dicam & circa alia signa certum, ac ueluti Themistos consilio proditum obserues) Leone horoscopum occupante, morbus erit ex demacratione membrorũ, per tristitiã, per negocia, sollicitudines: thorax calefiet, extrema autẽ frigescent. adsunt & capitis dolores, oculi caui, nasus retortus, pulsus insensibiles. agroti quasi longis detenti sint ægritudinibus, ita apparent corpore deiecti: tenduntur autẽ quantum est ex eorũ plenitudine. Quare oportet cõfestim sanguinem detrahẽ, & si fieri potest, Luna in hoc eodem signo adhuc existente, præsertim si motum suum auget: sin minus, intra tertium diem. Fricare autẽ oportet extrema, & resoluerẽ ea quæ thoraci incumbunt. Si autẽ Mars simul & Sol uterq; aucto motu, schemata porrigat, tempore cõcepti decubitus, Lunæ, cardiaca nullo modo infirmus euadet, infra quintum diẽ. Si autẽ Saturnus schema porrigat Lunæ, non est adeo timendum ut moriatur. Si uero Iuppiter aut Venus schemata Lunæ porrigunt tẽpore cõcepti decubitus, spes est firmissima salutis circa tetragonũ incepti cursus affuturẽ. Si autẽ ipsa Luna sola, citra ullum schema, motu diminuta in Leone sit, etiam spes firma salutis. Proderit autẽ agroti exhibitio uini, balneum, deambulatio, præsertim post tertiam, aut post quintã. Si autẽ Luna in Leone, ut diximus, sit tẽpore cõcepti decubitus, augeatq; motũ, Saturnus uero in medio cœli constitutus suũ schema illi porrigat, futurũ est id quod diximus circa tetragonũ: nihilominus tñ uentris dolores & inflationes remanebunt, etiã si præfens adsit aliquis ex beneuolis, sanantur tñ, idq; tanto citius si Luna à coniunctione motu aucto currat. Si uero Lunæ in Leone existenti tẽpore cõcepti decubitus h̄ & ♂ & alius quicunq; schemata obijciat, ipsa uero Aquilonem uersus egreditur, soluentur morbi omnino adueniẽte cursu incepti diametro. Non oportebit uero calefacientibus uti, sed egrum in umbra decumbere: utile autẽ erit eius desiderio plurimum aduersari, frigida exhibere, cibos offerre qui nec inflent nec attollant. Si autem Luna à nemine aspiciatur, auget uero motum, futurum est ut circa diametrum datis signis criseos morbus soluatur: at si motum minuit, auferet aliquid morbi circa coniunctionem Solis: faciet tamen ut æger sapius recidiuam perpessus longius affligatur, salubriter tamen.

De schematibus Luna in Virgine.

Siquis decumbat existente in Virgine Luna, cui Saturnus uel præfens iungatur, uel tetragonũ aut diametrum porrigat, erit prima morbi causa, desidã & cruditas. dolor erit in uentriculo et intestinis, phlegmone in hypochondrijs. aderit febris cũ alui astrictione, quæ non seruabit ordinẽ remissionum & afflictionũ. pulsus erunt profundi, frequentes & debiles. huic cõgruent ea quæ modice calefaciendo aperiunt. Quòd si beneuoli Lunã nõ aspiciant, circa diẽ quadragesimã in summo periculo reponetur: si uero boni aspiciunt, longã ægritudinẽ perpessus tandem sanabitur. Si autẽ decumbat aliquis existente in Virgine Luna, cui Mars uel præfens adsit, uel tetragonũ aut diametrum porrigat, erit morbus qui à fluxu uentris incipiet, quẽ subsequetur dysenteria, ita ut san-
 guis

GAL. DE DECUBITV PROGNO.

guis fluat, & excoerentur intestina exulcerenturq;: aderunt febres malignæ, pulsus debiles ac frequentes, casus appetitus, subuersio stomachi. huic cōgruent ea quæ adstringēdi uim habēt: & nisi Lunam boni aspiciant, morietur die trigesima: si uero boni aspiciant, sanabitur. Si uero decumbat aliquis existente in Virgine Luna, erit morbus, quē cœliacam uocant passionem. aderunt dolores uentris, & inflationes, quæ à læsa coctione originem sument, ea quæ uenter excernet, fluida erūt: quæ aut uesica, uiridia ac male olentia. aderunt pūctiones in septo transuerso, & uentriculo iā debili, cōpātiētur totū neruosum genus: oculi erunt aperti ac uigilantes, præsertim à principio. Si aut Luna ex paruo motu in maiorē puehitur, Mars aut aut Mercurius & Sol schemata illi porrigunt, timēdum erit ne nimium exasperato malo infirmus in insaniam decidat. necesse uero erit adhibere ea quæ ingrossandi inspissandiq; uim habeant: uitanda erunt omnia fluida, frigida, uuida: tātō aut hæc uitanda magis, quanto in maiorē motū Luna uehitur: circa diametrū enim suspicio erit cœliacæ & dysentericæ, quæ mala si semel corripiant hominē lōgo tēpore minutim abscedunt. Si aut Luna in Virgine, ut diximus, existenti Saturnus cum Mercurio aut Venere aut Ioue schemata porrigat, nihil minus futura est lōgi tēporis ægritudo, splenitica aut nephritica: quæ mala abscedent quidem, sed longo tempore affligunt. Si aut Luna tēpore cœpti decubitus sola sit, et à nemine inspiciatur, siue augeat motum, siue minuat, futuræ sunt hæmorrhoidū fluxiones, quas Luna circumactis usq; aliquot reuolutionibus auferet. infirmi erunt liuidi, atri per longum tempus, sanantur tñ. Si autem tēpore cœpti decubitus Iuppiter aut Venus aut Mercurius, siue horum aliquis, siue oēs Lunæ schemata porrigant, non minus adsunt fluxus uentris, desinunt tamen circa diem quintam. Oportet autem uinum quidem exhibere, sed balneum subterfugere.

De schematibus Lunæ in Libra.

Si decumbat aliquis in \ominus existēte Luna, cui Saturnus uel præsens iungatur, uel tetragonū aut diametrū porrigat, erit prima morbi origo ex nimia uini potatione & crapula. Quod si Luna minuat motum suum, decubitus autem primum noctu incipiat, futuri sunt affectus mali capitis & thoracis, rheumatismi, tusses præsertim à principio, grauedo capitis, casus appetitus, febres continuæ, quæ nullum ordinem afflictionum seruabunt, pulsus erunt frequentes & debiles. huic igitur cōgruunt ea quæ calefaciant. Si tñ unā cum Marte Saturnus schemata porrigat, citra ullum dubiū morietur, ueniente diametro. Si aut decumbat aliquis existente in \ominus Luna, cui Mars uel præsens iungatur, uel diametrū aut tetragonum porrigat: erit morbus ex nimia sanguinis copia, erūt febres continuo crescentes, pulsus retracti, defectus animi, phrenitis, superflua uigilia, totius corporis inflammatio, huic congruet sanguinis detractio, & ea omnia quæ soluunt habitū corporis. Quod si nullus ex beneuolis protegīt, infra decē dies morietur: si uero boni aspiciūt, circa diametrum summum perpessus periculū sanabitur. Si aut decumbat aliquis existēte in \ominus Luna, diffunderetur materia morbi in membra extrema, quæ inflāmabuntur & dolebunt, calor tñ erit in profundo maior, æger oculos continuo occludet, cum tñ non dormiat, deicietur illi appetitus. Tales igitur sunt iuxta signi huius naturam affectus, in quibus cognoscendis multi errant: putant enim ea accidentia ex cibis, quos inscijs medicis ægroti accipiunt, prouenisse. Si aut ipsi Lunæ minuenti motus suos Saturnus & Venus, aut ζ , aut uterq; accedit, omnino circa diametrum in phrenitim incidet: proinde fomentis utere, & ijs quæ resoluunt, infirmum aut in secretiorē locum absconde, & in solitudine diligenter obserua, ne clanculum aquam bibat: futurum. n. est ut circa diametrum excretionē alui facta à morbo redimatur, usus ijs quæ diximus remedijs: sed tñ ad diuturnos inæquales & periodicos morbos reddetur procliuis, à quibus tñ redimitur. at uero si solus adest Luna Saturnus, peribit, nisi Luna motum augeat: sic enim plurima in principio & augmento morbi perpessus circa diametrū sanatur. Si uero existenti in \ominus Lunæ Mars & Sol schemata obijciunt, erunt causæ morborum in capite, quæ facient cephalagias, rheumatismos, hemicranias. Si uero Mercurius adfuerit, materia morbi erit in oculis, quæ faciēt suffusiones: dilatationes pupillæ, glaucos. Utile est autem ut plurimum in ijs malis sanguinem subtrahere: utiles sunt & alui excretiones. ne tamen promittas cito salutem infirmis affuturam: longum enim tempus in ijs malis sunt absumpturi non sine magno discrimine. Si autem Luna in \ominus existenti, Iuppiter aut Venus schemata porrigat, sanantur infirmi aliquousq; male detenti. Si autem nemo se Lunæ offerat, nec aliquis eā aspiciat, ipsa uero motus suos minuit, futuri sunt morbi maligni & difficiles cognitu, præsertim in oculis, sed tamen ueniente Luna ad diametrum soluuntur. Scito autem omnia ea signa quæ in tropicis & æquinoctiali sita sunt, malignos semper producere morbos.

De schematibus Lunæ in Scorpione.

Si decumbat aliquis existente in Scorpione Luna, cui præsens iungatur Saturnus, uel tetragonū aut diametrum obijciat: erit origo morbi ab inflāmatione inguinū et locorū profundorū, circa anum & pudenda. Quod si Luna motus suos augeat et lumen, beneuoliq; illam aspiciant, reditus ad sanitatē erit facilis. Si uero decūbat aliquis existente in Scorpione Luna, cui Mars præsens iungatur, uel tetragonum aut diametrū porrigat, ipsa uero motus suos minuit & lumē, schemata beneuolorum retinēs, redibit ad sanitatem, ultra uel citra tetragonū aut diametrū: hoc. n. in singulis signis beneuoli faciunt, ut iam nosti; reddunt. n. morbos mitiores & ad curandum faciliores. Si uero

A uero decumbat aliquis existente in Scorpione Luna, origo prima morbi erit ira & contentio siue inurgia, inflāmabuntur loca in abdomine circa sedem aut uesicam: febres à die tertia increſcēt & augebūtur, infirmus aut deſipiēs factus exasperabit mala ſua. Si aut Luna in hoc ſigno auget motus ſuos, præſertim ab ♂, Mars uero ipſi præſens adest, periculum eſt læſionis per ferrum quoquo modo occulto. Si autem & Sol præſens adest, aut ſchema porrigit Lunæ ſuos motus augenti, (id quod fit qñ ipſa ſm longitudinē ſui curſus quindecim partes percurrit,) periculū erit apoſtematis pleurītici. iudicantur aut & liberātur infirmi fluxu ſanguinis. Oportet aut in ſecretiore loco infirmū ſeruare, abſtinere uero ab omni frigidorū uſu, à lotionibus, malagmatibus frigidis, balneis, extractionibus ſanguinis per cucurbitulas: morbo aut ad diem undecimū protracto, itur tandem in diuturnum malum, in quo nō minus eſt periculum. Si autem decumbat aliquis in m Luna existente, cui Iupiter uel ♀ adſit præſens, uel ſchema porrigat, erunt eadē mala quæ diximus, ſed ſalubriora, à quibus tñ non liberatur niſi lōgo tēpore: lōgitudō autē temporis aut numerus dierū durationis morbi cognoſcetur ex connexionē Lunæ cum ſtellis beneuolis: donec enim uel ipſi planetæ præſentes boni, uel eorū ſchemata non acceſſerint, morbi uigent, ſuamq; uim obtinent: ſtatim tñ ac ueluti præſinitum tempus ægritudinis eſt ad diem diametri, ultra quam ſi morbus protrahatur, fit chronicus, & longus. Si aut decūbat aliquis Luna in Scorpione existente, uergenteq; ad Solis cōiunctionē motu diminuto, cui Saturnus uel præſens iungitur, uel ſchema porrigit, defatigabitur plurimū infirmus & labefactabitur longitudine morbi, qui erit defluxus ad inferiora loca, anum. ſ. aut pudēda: & niſi beneuolus aliquis protegat, ſic cōmoriatur. At uero ſi Luna motu aucto progreditur, Saturnus autē illi aut iungitur præſens, aut ſchema porrigit, futura ſunt eadem mala, ſed minus periculofa, tamen chronica & diuturna. Natura autem ſigni huius exigit, ut uitetur uſus balneorum, ac eorum omnium quæ humores fundunt & defluere faciunt.

De ſchematibus Lunæ in Sagittario.

Si decumbat aliquis existente in Sagittario Luna, cui Saturnus præſens iungatur, aut tetragonum uel diametrum obijciat, morbus incipiet à fluxu ſubtilium tenuiumq; rheumatum, aderunt dolores articularum, aderunt adſtrictiones alui, febres, quarum acceſſiones erunt cum rigore & frigiditate extremorum. Qñ igitur Luna ſuum lumen & motum maxime minuet, erunt tū acceſſiones febrium duplices, erunt conſtipationes multæ, pulſus profundi. Huic igitur congruent ea quæ calefaciendo aperiunt. Niſi uero beneuoli aſpiciant, futurum eſt ut magna pericula ſubeat, ſanatur tñ tranſcurſa diametro. Si uero decūbat aliquis existente in Sagittario Luna, cui Mars præſens iungatur, uel tetragonū aut diametrum obijciat, Luna uero auget lumen ſuum & motū, erit ægritudo ſummi periculi, cuius origo eſt repletio & crapula. futura ſunt febres cōtinuæ, quæ magis ac magis inualeſcunt, erunt cholericæ paſſiones, ſoluta aluus, pulſus debilis. Congruent huic ea quæ refrigerant & conſtringunt. Quod ſi maleuoli Lunā inſpiciunt, ſeptima morietur: ſi uero beneuolus aliquis inſpicit, ſanatur, tranſcurſa diametro, ſed non ſine periculo. Si uero decumbat aliquis Luna in Sagittario exiſtēte, morbus eſt qui ortum accepit à balneo & aere frigido. totum corpus fluxu rheumatum corripitur. adſunt dolores gingiuarum & dentium: præincipiens autē morbi cauſa in thorace eſt. Si autem Lunæ accedenti motu diminuto ad Solem, præſentes iunguntur, aut ſchemata obijciunt ♄ & ♃, futura ſunt inflāmationes pulmonis & ſepti tranſuerſi, totum corpus ſupercaleſcit. oportet autem adhibere ea maxime, quæ reſoluunt & exiccant. utilis erit præſertim à principio detractio ſanguinis. Quod ſi Luna tranſgreſſa prius tredecim partes, nunc decimam quartam tranſgreditur, quinta die morietur. Si autem tempore decubitus Lunæ exiſtenti in Sagittario ♃ aut ♀ iunguntur, uel ſchemata porrigunt, futura quidē ſunt ea, quæ diximus, mala, ſed erunt ſalubriora. Si uero Luna nemini iungatur, nec aſpiciatur à quopiam, motum autē ſuū auget, ſalubriora quoq; mala accidunt. At uero ſi Mars & Sol Lunæ augenti ſuos motus ſchemata obijciant, ſupra mala prædicta tuſſes uehemētiffimæ ſuperuenient. Natura autē ſigni huius eſt ut ægrotis uigilias incutiat continuas, & noctu maiorem afflictionem quàm de die commoueat, unde adeo debilitantur infirmi, ut uix pulſus eorum percipere poſſis. Neceſſe uero erit uti ijs quæ reſoluuntur & modice calefaciunt: fugere autem balnea, lotiones, humectationem deniq; omnē: æger uero in obſcuro ſub umbra decumbat, qui ſpem ſalutis certam habeat, ſi boni Lunam aſpiciunt. Quod ſi unus tantum ex beneuolis protegat inſpiciendo Lunam, plus quidem exasperantur mala, ſpes tamen eſt certa ſalutis poſt pericula.

De ſchematibus Lunæ in Capricorno.

Si quis decumbat Luna in Capricorno existente, & minuente ſuum motum, cui ♄ præſens iungatur, uel tetragonum aut diametrum obijciat, origo morbi eſt refrigeratio in balneis, adſunt tenuia rheumata, grauitas thoracis, & pulmonis, tuſſis præſertim à principio, febres quarū acceſſiones ueniunt cum rigore, idq; magis noctu. huic cōgruent ea quæ calefaciant. et niſi bonus aliquis Lunam aſpiciat, die uigeſimo primo morietur: ſi uero boni aſpiciūt, ſanabitur, longam pulmonis ægritudinem perpeſſus. Si decumbat aliquis, in Capricorno Luna existente, cui præſens iungatur Mars, aut diametrum uel tetragonū obijciat, morbus erit qui originē traxit à læſa coctiōe, quæ ſequitur uomitus & cholera: morbus equidē periculofus & acutus: comitabūtur illum neruorum diſtenſiones,

GAL. DE DECUBITV PROGNO.

distensiones, inflammationes, bilis mordax in intestinis & ano. huic congruent ea quæ refrigerēt & constringant: nisi uero bonus aliquis tum aspiciat, die quinta aut septima morietur: si uero beneuolus aliquis aspiciat, sanatur infra septimā. Si decumbat aliquis Luna existēte in Capricorno, causa præincipiens morbi erit labor & inanitio: erunt autē dolores potissimū in dorso, incurrent horrores sæpius, ita ut bis terq; breui spacio tēporis accessiones suas faciant: eriguntur pili totius corporis, febres sunt cū aluo adstricta, & dissoluta debiliq; uirtute. Hæc ego multa tibi ea de causa adducō, ut tu habitis ijs indicijs, morbos certiorib. notis dignoscas. Tanto uero debiliores infirmi redduntur, quāto Luna motus suos magis diminuit: uidebis ægrotum delirare in loquēdo, oculos raro sursum attollere. Quod si circa incepti cursus diametrū Saturnus Lunæ iungatur uel schema obijciat, reponetur eo tēpore in summo discrimine infirmus, idq; ob uiolentiā & afflictio nē nimia febris. Quod si tum aliquis ex beneuolis protegat, liberatur, sed longo tēpore afflictus. Si uero Mars, aut Sol unā simul schemata porrigat, transmutabitur morbus, fietq; periodicus. At uero si Lunā motū suū augeat, præsens uero illi circa incepti cursus diametrū adsit ♄ aut Sol, ut diximus, futurus est morbus periculosior. Si autē Lunæ in Capricorno existenti ♃ aut ♀ aut ♁ siue horum aliquis, siue oēs præsentēs iungantur, aut schemata porrigāt, causa morbi eadem est quam diximus, sed morbus fit omnino salubris. Animaduerte autē naturā signi huius, cuius propriū est periculosas inferre ægritudines. Oportebit uero abstinere à balneis, & ab omni frigidorum usu, decumbere uero in sublimi & alto loco. Expediet & exercitia, si fieri potest, infirmis iniungere.

De schematibus Lunæ in Aquario.

Siquis decumbat existente in ♋ Luna, cui augmētanti lumē suum & motū Saturnus præsens iūgatur, uel diametrū aut tetragonū obijciat, origo morbi est, labores, uigilię, aut itinera: non ser uabitur aut æqualitas morbi in augendo & diminuendo. Quod si bonus quispiā Lunam aspiciat, sanitas redit circa incepti cursus diametrū. Si uero decūbat aliquis, in ♋ Luna existēte, cui minuēti motū suum & lumen Mars præsens iungitur, aut diametrū uel tetragonum obijciat, causa præincipiens morbi est in inguinibus, aut in cruribus, aut in pudendis: futurae sunt febres urentes, continuæ, & crescentes continuo, extrema tñ membra magis, q̄ cætera inflāmantur. incurrit sitis, inquietudo, ita ut ægroti in eodem loco non permaneant, sed crebro exurgāt: adest desiderium frigidæ potionis. Si uero Lunæ augmentanti suos motus præsens Mars iūgatur, aut aliquod schema obijciat, futurum est ut infirmus circa incepti cursus tetragonum animo delinquat. Cōgruent uero huic subtractiones sanguinis: nec oportebit nimīū se opponere eorum desiderio ad potionē frigidam, neq; in lucido loco decumbere. Quod si circa tetragonum morbo nihil decedat, morietur in diametro. Si autē Lunæ in Aquario existenti ♃ aut ♀ siue uterq; eorum, siue alter ex ijs schemata porrigat, Luna uero suos motus minuit, sanatur circa diametrū. Si autē Lunæ minuēti suos motus Saturnus schemata obijciat, aut etiā Mercurius, ij dē sūt futuri affectus, quos ante diximus: supra illos tamen accedūt & rheumata, & fluxus diuersi ad inferiora membra. Periculum etiam erit ne infirmus in hydropem decidat: certum autē est quod lōgo tempore affligetur. At uero si Luna tempore cœpti decubitus motū suum medium non excedit, sanitas quidē est affutura, sed tarde.

De schematibus Lunæ in Piscibus.

Siquis decumbat existente in ♉ Luna, cui minuēti suum lumen & motū Saturnus præsens iūgatur, aut diametrum uel tetragonū obijciat, morbi prima origo erit refrigeratio ex balneis, quæ subsequēntur tenuia rheumata, stipabuntur extrema, febres accedent cum rigore, quarum accessiones erunt duplices: erit dolor capitis, punctiones ad thoracem, grauitates in hypochondrijs & articulis, pulsus profundī & debiles. huic igitur congruent, ea quæ calefaciant, & stipata aperiant. Quod si beneuolus aliquis Lunam inspiciat, sanatur circa diametrum, remanent tñ diuturni articulorum dolores. Si decumbat aliquis Luna in ♉ existēte, cui augmentanti suum lumen & motum Mars præsens iungatur, aut diametrū uel tetragonum obijciat, origo morbi est à nimia uini potatione & cruditate, morbus autem à die tertia uigorem maiorem accipiet: afflictiones erunt noctu maiores, succedent uisiones nimia in thoracē, delirium, phrenitis, dolor capitis, sitis, desiderium uini, pulsus retrahentur. Huic congruent ea omnia, quæ habitum corporis soluunt, præcipue tñ detractio sanguinis: & nisi bonus aliquis Lunā aspiciat, circa primū incepti cursus tetragonum morietur: quod si boni aspiciunt, sanatur post diametrū, sed magna prius expertus pericula. Si autē Lunæ in ♉ existenti, ♃ aut ♀ præsentēs adsunt tempore cœpti decubitus, aut schemata porrigūt, sanitas redit, aut circa primum incepti cursus tetragonum aut diametrum. Magni autē momenti apud te esse debent & anguli cœli: si. n. tempore cœpti decubitus beneuoli, aut in horoscopo, aut in medio cœli sint repositi, Luna autē est in schemate tetragono aut diametro malorū: nō leue est inde ad consequendā salutem auxiliū. Si contra maleuoli sint in horoscopo, Luna autem est in schemate bonorum, magnum est salutis futuræ impedimentū. Operæ precii est igitur optimū medicū meminisse semper præceptorū mathematices, disquirere diligenter diē & horam decubitus: cōspicere deinde situm cœli, sine consensu cuius nihil usquā fieri potest. Si decumbat aliquis existente in ♉ Luna, causa morbi procatartica est, uel importuna lotio in balneo, uel nuda deambulatio, uel frigida potio. Statim autem compatitur neruosum genus præcipue stomachus:

A machus. adest febris, adest spirandi difficultas, astrictio alui: calor tñ maior in profundo q̄ in membris extremis: pulsus adeo fiunt parui ut uix eos percipias, immutatur tñ subito, ita ut infra horas duas diuersitatem in illis agnoscas: uenter aut fluida excernet: urinæ male olent. congruent huic usus refrigerantium. Quòd si Luna in primo incepti cursus, tetragono cursus suos augeat, ic̄ta Saturni aliquo schemate, sanari quidem poterit, sed cum magno periculo. Si autem Luna in X̄ existens, ♃ & ♄ schemata habeat, eadē morbi causæ erunt, quas ante diximus: in hoc tantum erit diuersitas, q̄ uentriculi dolores superaddentur, quibus debilitantur, uarianturq̄ pulsus. Si autē Luna motum suum medium excedit, Saturni ic̄ta schemate, ultra primum incepti cursus tetragonū non uiuet. Quòd si ♀ quoquo modo Lunæ det sua præsidia, morbus usq̄ ad diametrum protrahitur: ex quo tādē dysenteria subsequetur, pallores, tumores pedum, macies totius corporis, qua consumpti tandem moriuntur infirmi. Si uero Luna excedens motum suum medium, Martis & Solis schematibus feriatur, eadē erunt morbi causæ, quas diximus: febres tñ continuo magis asurgent, phlegmone hepatis additur, extrema uruntur. Oportebit uero hora opportuna cibare infirmum, cibo qui magis nutriat. Natura uero huius signi interdum nō admittit euacuationem sanguinis per phlebotomiam. Nisi uero beneuolus aliquis aspiciat, morietur in diametro infirmus.

B At si ♃ aut ♀ inspiciat, Luna uero motus suos minuat, periclitandum quidem infirmo est ex ijs, quas ante diximus, causis: circa diametrum tñ sanatur, præsertim si in curādo medicus non erret. Aduerte autem ad Iouem & Venerem: si enim horum schemata Luna habeat, ipsa uero motum augeat, Martis & Solis schematibus oppressa, nihil inde est auxiliij, moritur infirmus. Vellem autē ut eorum, q̄ hucusq̄ diximus, præceptorum recorderis, nō solum circa decubitus, sed etiā circa illata uulnera, circa partus mulierum, & aliā q̄ hominibus accidunt: inde enim scies quādo opportune chirurgiā, aut curationes alias, quæ ex delectu & arbitrio fiunt, ægrotis adhibere debeas: ueluti, exempli gratia, in dilatatione pupillæ oculorum, in glaucomate, in suffusione. Chirurgiā primū incipies, quādo Luna lumen et motum suum auget, beneuolorum schematibus exposita. Vtile est te scire & illud, periculum esse excalfacere corpora, quando Luna auget lumen suum & motū, cui Mars aut Sol iungatur, uel schemata obijciat. Periculum itē refrigerare corpora, quādo Luna minuit motum suum & lumen, cui ♃ aut ♄ præsens iungatur, uel schemata obijciat. Quādo uero uno die & eadem hora duo decubuerint, animaduerte ad ætates illorū, ac eas mutuo sibi conferas. iunior. n. citius sanatur & facilius (pro diuersitate morborū quos iā circa singula signa diligenter examinauimus) si Luna minuat motū suum & lumē, Saturni uel Mercurij schemati exposita: senior autē aut transmutationem faciet morbi in alium morbū, aut lōgiori tempore sanabitur. E diuerso iuniori maius incumbit periculum circa incepti cursus tetragonum, aut (sicuti iam docuimus) diametrum, si Luna augeat motum suum & lumen, Martis aut Solis schemati exposita. At uero si Luna seiuncta à cōmercio malorū, solum schematibus bonorum exposita fuerit, iuniores & seniores sanantur pro diuersitate affectuum, quos circa singula signa exposuimus. Hæc uero ego tibi nunc adiunxi, ut tu fretus cōsilio absolutissimo, in omnibus sis absolutissimus.



GALENI LIB. DE PARTIB. ARTIS MEDICAE

CENSURA.

D

*Liber, quinisi Galenifuerit, eo tamen auctore dignus uidetur.**Nonnullæ medicæ artis partitiones nulla methodo constitutæ.*

CAP. I.



NON absq̄ ratiōe mihi quidē, iuste carissime, de partibus artis medicæ dubitare uideris: quippe quū alios alio modo eas partiri animaduertas. Sunt. n. quidam, quos possis audire secantes totam artem in pharmaceuticam & chirurgicam & diæteticam. i. in eam quæ medicamentis, & eam, quæ manuum opera, & eam quæ uictus ratione medetur. & has deinde inde in alias partes: non tñ ut omnes mox eodē modo has partiantur. Nonnulli uero in therapeuticam. i. in curatricem, & eā quæ hygiene. i. salubris appellatur. Alij & prophylacticam, id est preuisoriam, inter has in prima statim partitione introducunt, sicut quidam & analepticam, quasi resumptiuā dixeris. Sed aliqui præter has, euecticam, hoc est eam, cuius munus est, optimum corpori habitum introducere. Sunt præterea qui istis omnibus gerocomicam, hoc est eam partem, quæ senes regit, annumerant: quemadmodum alij eam partem, quæ infantium curam habet, quam

Græci

Græci pædotrophicam uocant. Alij uero præterea cosmetice, id est decoratoriã, quam à fucato E toria, cōmotica græce appellata, diducunt. His autem non contenti quidam, prædictis partibus aliam quandam exiguam quidem partem primæ statim sectioni addunt, phoneticen, id est, uocalem appellatam. & hoc nonnulli ita indistincte proferunt, alij uero distinguunt, atq; ostendunt, tam illis qui uocem cōmodam cupiunt, quàm illis qui prout eorum natura exigat, opus esse ut nō secus uocem, ac alias eorum actiones habeant. Hi tñ nunquam ad id deueniunt, ut sigillatim has huius artis partes, prosequantur. nempe si hoc fecissent, non omnino à ratione hæc eorum partitio uideretur esse aliena. Verum, quum partibus alijs neglectis, unius tātūmodo meminerint, ipsi seipso uidentur redarguere, quòd suam absq; methodo, & ratione partitionem instituant, utpote qui ne maximas quidem partes omnes attingant. Nam de harum ipsarum partitione in minores particulas, consentiunt omnes. Sed alij ut ex his quasdam tanquam huius artis partes admittunt: ita quasdam omittunt, alias tñ præter has primæ partitioni annumerant, quemadmodū illi qui physiologicam, quasi naturalium rerum inuestigatricem, ac etiam pathologicam, quasi affectuū perscrutatoriam dixeris. Alij uero & materialem istis addunt, & eam quã Græci semioticen, quasi significatiuam dicunt, & quidam causalem addunt ætiologicen appellatam à Græcis.

De partitione Medicæ artis secundum Empiricos. CAP. 2.

EMpirici omnes ferè in hoc conueniunt, quòd nimirum duplices s̄m genus primas artis differentias constituunt. Alias enim aiunt finales esse, alias uero constitutiuas. Dum uero has particulatim enumerant: non æque deinde inter se consentiunt. Ex ipsis enim nonnulli sunt, qui significatiuam ac curatricem dicant esse finales. alij uero, salubrem, alij etiam decoratiuam, & uocalem illis ipsis addiderunt. At inter cōstitutiuas, eam quam Græce autopsian appellant, (& est eorum obseruatio atq; memoria q̄ unusquisq; ipse inspexit) & præterea historiam inter partes reponunt quidē omnes, sed non ita deinde omnes transitum similis artis partem faciunt. Dum sigillatim etiã unã quanq; harum in partes minores secant, minime sunt usquequaq; concordēs Empirici cum Dogmaticis. Et nimirum si quis ita omnes uoluerit medicinæ partes appellare, ut Romæ fieri consueuit, ubi in multa, & ad minima ferè illas partiuntur, ut alios dentarios medicos uocet, alios auricularios, & eos etiam qui ani morbos curant, suo nomine appellant: in angustias multas detrudetur hæc eorum ratio. quanquam huiusce rei occasionem præstiterit oculariorum medicorum nomen, quod non modo nunc, sed iandiu impositum est. Porro si quis oculorū solummodo sit futurus medicus: non erit deinde absonum, quin & dentium sit alius, atq; ita etiam sigillatim cæterarum particularum omnium nostri corporis, ut sint tot subinde medici, quot sunt ipsæ G particulae. & præter ea suffusionum pūctores, herniarumq; ac calculorum incisores. Vnde mox si ita liceat loqui, plures etiam sint futuri medici, quàm sint corporis particulae, pro quocunq; enim affectu unus erit medicus. Nempe mirū non est, si ars ea quæ maxima sit, tot admittat sectiones, atq; etiam si in maxima ciuitate pro harum unaquaq; statim aliquis reperiatur, qui inde medicus dicatur: Neq; enim in exiguo quodam oppido posset quis sibi uictum parare, qui tantum suffusiones oculorum pungeret, aut hernias incideret. Roma uero & Alexandria, præ mortalium in eis multitudine, possunt quemcunq; alere, qui aliquam etiam ex his artibus, tantummodo profitentur. Vnde huiusmodi medici, urbes sæpe mutare coguntur, ut idem tota (exempli causa) Græcia illis afferat, quod alijs qui in Italia sunt, sola Roma.

De simplicibus & instrumentarijs partibus humani corporis. CAP. 3.

Verum enim uero mihi operæpretium fore existimo, si sermonē ut ego sentio, ita instituero. nam quales ex ipsa natura, sint minimæ artis particulae, iam primum dictum est. Reliquum autē est, ut mox exponamus quas oporteat minimas particulas appellare. id uero exemplo quodam explanabimus, quod non erit à nostro proposito alienum. immo desumetur à re, quæ nobis sit utilis proculdubio futura. Itaq; ut in corporum nostrorum sectionibus particulas omnes ad minimas usq; secundum speciem scrutamur, quæ etiã elementa sensilia appellamus: ita etiã artiū minimas oportet particulas inuestigare, quæ & ipsæ sint sensilia elementa. Et quidem instrumenta sunt caput, manus, pedes, cæteraq; huiusce generis. sed horum dein sunt etiam suæ partes, capitis inquam aures, facies, nasus. & collum etiam possumus inter partes capitis connumerare, & præterea cerebrum, & ambas membranas, caluariam, arterias, uenas, nervos, & postremo cutem, quæ omnes ex prima statim incisione inueniuntur. Harum uero partium quælibet in alias diuiditur particulas, de quibus omnibus abunde in Administrationibus anatomicis actum est. quātum uero ad præsens negotium spectat, satis erit si uniuersas sigillatim proponēdo, corporis sectionem ad elementa usq; insinuauerimus. Arteria igitur, quantum ad eius rationem pertinet, duplici tunica constat. iam enim satis monstrauius, quare uideatur ipsa triplicem, ac etiam quadruplicem habere tunicam. Porro ex eius tunicis, altera obliquas habet fibras, altera uero rectas. quas fibras non amplius in aliam quampiam speciem partiri possumus, quippe quæ minimæ ac indiuiduæ specie sint. Nempe ea consuetudo est, ut partes illæ, quibus actio quapiam demandata est, quæ uniuerso animanti, aut necessaria, aut apprime utilis sit, à nobis instrumenta, à Græcis organa appellantur. minimas uero illarum particulas, non hoc tantummodo, sed sensilia etiam elementa appellamus.

A appellamus. Huius generis sunt fibræ, è quibus unumquodq; instrumentorum contextum est, sicuti arteriæ, uenæ, nerui, intestina, uentriculus, uterus & uesica: hæc em̄ omnia è tunicis constant, quæ ex huiuscemodi fibris contextæ sunt. Ex his etiã fibris sunt membranæ, ligamenta & caro, tũ ea, quæ simplex est, tum etiam illa, q̄ est unicuiq; uisceri peculiaris, quanq; nonnulli parenchyma appellant, quasi affusionem quandam dixeris: & eundem ordinem cum his seruãt, os, cartilago, adepsq; ac cætera quæ eiuscemodi sunt, quæ potest merito quis nostri corporis sensilia elementa appellare. Sed præter has sunt partes instrumentariæ, quas non erit malum recensere, nimirum arteriæ, uenæ, nerui, lacerti, tendines, oculi, uterus, intestina, renes, uentriculus, lien, iecur, pulmonesq; & cor, & cætera omnia, quæ huiusce ordinis sunt.

Exemplo partium nostri corporis medicæ artis partium constitutio. CAP. 4.

PRO istius itaq; exempli similitudine, punctoriæ suffusionum artem talem uniuersæ artis medicæ partem existimabimus, qualis ea est corporis pars, quam instrumentum, seu (ut Græci) organũ appellamus, cuius unaquæq; particula ex proportione respondet sensilibus corporis elementis. Huiuscemodi uero partes artis, sunt notiones illæ, quas nonnulli Græce theoremata uocant: Latini uero præcepta. Prima nanq; cognitio secundum speciem est illius instrumenti, quod **B** pungendũ est. Secunda est illius particulæ huius instrumenti, ubi pungere oportet. Tertia est mensuræ, quæ sit pro affectus ratione. Quarta conuersionem respicit. Quinta remotionem suffusionis è loco, quem obtinebat. Sexta circa astrictionem uersatur. Hæ profecto sunt notiones ultimæ, minimæ, atq; etiã simplices, quæ in alias simpliciores non amplius secari possunt. Nihil aut in presentia refert dicere notitias, aut notiones, aut scientias, aut theoremata uel præcepta, sicut neq; si partes dicamus, uel particulas, uel portiones. Igitur ea scientia, quæ de pungendis est suffusionibus, his constituta est particularibus scientijs, quas nuper explicauimus: uniuersa tamẽ ratio curandi suffusiones, alijs quibusdam notitijs eget, & illis quidem duplicibus secundum genus. Sunt autem hæ, prima quidem præparatoria, secunda uero illa, quam apothérapeuticem Græci appellant. Si quis etenim uelit aliquẽ repletum plurimũ, aut prauis humoribus refertum, uel etiam fm̄ caput dolentem, ad huiusmodi operationẽ deducere: is inflammationes in membranis, q̄ punctæ fuerint, facile excitabit, & uniuersum caput male afficiet. quod ne fiat, arte præparatoria erit opus: cuius institutũ est, corpus totum ab excrementis, succisq; superfluentibus expurgatum & uacuum, atq; etiã caput ab omni dolore immune reddere. Vnde & ea præcepta, quibus hoc agendũ est, artis sunt elementa. quemadmodũ & ea, quæ ad id pertinent, ut post manuum opus expeditum, oculus ab inflammatione, caput uero ab omni læsione custodiatur. & huiuscemodi præcepta sunt elementa artis medendi, hoc est ultimæ atque minimæ illius particulæ. Nimirum is sermo sit à nobis propositus in exemplum, pro cæteris alijs affectibus uniuersis, quorum scientia sigillatim eum inter partes artis ordinem obtinere uidetur, quem in animali pars ea, quam instrumentum appellamus. At definiiri hoc exacte absq; labore non paruo, omnino non potest. Putabit enim facile quispiã, quod eodem penitus modo se habeat notitia curandæ inflammationis, quo illam se habere diximus, qua curandæ sunt suffusiones. & id ipsum etiã de curando ulcere, aut fractura, aut erysipelate, deq; alijs affectibus dicemus. Id tamen uerum non est, quia eandem rationẽ, quã in animantis corpore pars ea obtinet, quam instrumentum appellamus: eandem inquam curandæ inflammationis notio inter artis partes obtinet. & quem ordinem oculus inter animalis partes seruatur: eundem ea cognitio, quæ curat lippitudinem, seu (ut Græci aiunt) ophthalmiam, est uero ophthalmia inflammatio externæ oculorum tunicæ, sicuti peripneumonia Græcis dicta, pulmonis inflammatio est, & pleuritis, membranæ costis prætensæ. Vnde hi omnes affectus inflammationes quædam sunt. Et alia est ars curandæ inflammationis generatim, alia uero eius, quæ ex certa particula definitur, quæ male affecta sit: sicut etiam cum instrumentum communi quadam appellatione dicimus, & **D** cum de certo quodam & definito instrumento loquimur, aliqua intercedit differentia. Sanè nos in libris De curandi methodo monstrauimus, aliam esse artem curandæ inflammationis in uniuersum: aliam uero huiusce, quæ hanc particulam occupauerit.


Medicæ artis partitio à corporis affectibus. CAP. 5.

AT Empiricus negat ullã esse generalem ipsius inflammationis secundũ seipsam curandi rationem: nulla tñ necessitas est in præsentiarum in his uerborum subtilitatibus uersari. Sed summam dicamus, q̄ posteaq; ars medicinalis est de morborum curationibus: notitiæ curandorum morborũ simplicium, atq; etiã mox compositorũ, in primas principalissimasq; partes partiendæ sunt. Nos uero in eo libro, quem De differentijs morborum inscripsimus, quot sint morbi simplices, quotq; compositi monstrauimus. Quod si non modo morbis profligatis ad medicinalem artem pertinet corpora restituere integræ ualitudini, uerum (ut in alio libro à nobis ostensum est) sanos tueri & seruare: alia quoq; erit huius artis pars salubris appellata, quæ priori, curatrici inquam, ex opposito diuisa est. & istius aliæ quoque sunt particule, ipsa nimirum præcepta, quibus singillatim omnium nostri corporis partium ualitudo tuenda est. Sed si tertia etiam quædam corporis constitutio reperitur, quam neutram appellant: necesse quoq; fuerit, esse tertiam artis partem, quæ præuisoria dicenda erit. In hoc uero statu ij esse uidentur, qui manifestam quidem

Spurij.

Cy

habent



GALENI DE PARTIBVS

habent intemperie, nondum tamen agrotant, quippe cum possint adhuc suas obire solitas actio-
nes, quicq; nullo adhuc malo tenentur, qd sensibile sit, sed tantu insensibili. quemadmodu illis con-
tingit, qui a cane rabido morfi sunt, uel qui uenenum hauserunt, quod non nisi post tempus aliquod
interficiunt. In his affectibus uersari uidetur pars artis praeuisoriae, quemadmodu rursus ad aliam hu-
ius artis particulam, quam resumptricem, uel Graece analepticen appellamus, illi attinent, qui nu-
per ex morbo liberati sunt, adeo tamen sunt uiribus imbecilles, ut neq; balneis uti, nec ea, quae so-
liti sunt, agere queant. Est & pars alia, quam gero comicam uocant, de senibus regendis, quae nul-
lam uidetur certam habere constitutionem. siquidem senectus, nec omnino morbus est, nec inte-
gra omnino sanitas. Nonnulli & rationem educandorum infantium in hunc ordinem redigunt,
quam paedotrophicam appellant. aiunt enim quod corporis cura sic habenda est, ut illius status exi-
gere uidetur. Addunt praeterea quidam partem aliam, quae, quod optimum habitum corpori indu-
cendum studeat, ab illis euectica appellatur, eam alij gymnasticam nominant. ut tandem primae
maximeq; artis istius, quae circa corpus uersatur, partes haec sint: curatrix, resumptoria, praeuisoria, se-
num custodiendorum ratio, infantium educatrix, euectica seu optimi habitus inductrix, ac etiam
salubris. Quae si eo modo diuidantur, quo paulo ante curatricem monstrauimus: ad simplicissimas
deuenietur praceptorum differentias, quae ostensa sunt esse ueluti quaedam artis elementa. F

*Partitio à ratione, & differentijs operationum, & quam uarij fuerint Empi-
rici in ea tradenda.* CAP. 6.

VNiuerfa haec partitio à corporis affectibus deducta est. Est tamen & alia, quae à ratione ope-
rationu & earu differentijs depromi potest. Dicunt em aliqui manu operatione, medicame-
ta, uictusq; ratione esse primas maximasq; artis medicinalis partes. quae partitio quibusda fieri ui-
detur penes materieru differentias: quippe cu omni nostri corporis particula seruari & iuari suapte
natura possit, aut uictus ratione, aut medicamentis, aut manu opera. Nos tamen forsitan magis, p-
prie dixerimus, ea quae offeruntur, quae administrantur, quae euacuantur, & quae extrinsecus occur-
runt. Summatim uero dicere possumus, quod qui occasione accepta ab his affectibus, quos haec ars
curat, aut à quibus tuetur, uniuersam hanc artem in partes dissectuerunt: tot huiusce artis partes fe-
cere, quot sunt affectuum differentiae. Sed alij non modo ab his: sed ab uniuersa etiam ea materia,
quae cognitioni medici exposita est: & ij physiologicam, hoc est rerum naturalium indagatricem,
atq; etiam illam, quae materialis proprie appellatur, praedictis artis partibus annumerant. Sed alij
ex ipsis actionibus huiusce artis partes distinguentes, praeter uictus ratione, medicamenta, & ma-
nuum operationes, significatiuam introducunt. At nonnulli hanc in affectuum cognitricem, Grae-
ci pathognomonicon dicunt, & praesagitricem, quam prognosticen appellant, partiti, has praedictis G
partibus addiderunt. Maxima autem empiricorum pars inter finales quidem ponunt significati-
uam, curatricem, & eam quae salubris dicitur. Verum curatricem deinde in uictus rationem didu-
cunt, medicamenta, atq; manuum functiones. Qui in nominibus quidem aberrant, in ipsis uero
rebus minime. nam neq; oportebat eos operationum nomina, sed scientiarum potius apponere.
Porro melius egissent, si dixissent (quemadmodum etiam ex illis aliqui dixerunt) unam esse istius
artis partem significatiuam, aliam curatricem, tertiam uero salubrem. & significatiuam partes ha-
bere, pathognomonicon, hoc est affectuum cognitricem, & prognosticem, hoc est praesagitricem,
quemadmodum curatrix, medicamentariam, atq; illam, quam uocant chirurgicam, nempe, quae
manibus agit. Optime igitur aiunt, cum inquirunt primam generalissimamq; ipsarum artis parti-
um esse differentiam illam, qua eas partimur in finales, & constitutrices. finales siquidem sunt, quae
finem efficiunt: constitutrices uero, quae has constituunt, & (ut ita dicamus) in causa sunt cur illae
consistant. Sed non aequae deinde bene agunt, cum existimant, significatiuam esse partis artis cu-
ratrix, aut salubri aequiparandam, quamuis illa ex necessitate praecedat. neq; enim unquam uel
custodiri, uel curari quis poterit: nisi cognoscat prius qualis sit is affectus, quo corpus tenetur. ta-
men ex ipsa significatione in finem artis nunquam peruenturi sumus. Et pari etiam modo transi-
tus ad simile non est pars, quae comparanda cum historia sit, aut cum illa quae ea complectitur, quae
ipse quis uidit. Verum de hoc non instituius praesentem sermonem, quippe cum id satis alio quo-
dam, & eo toto libro monstrauerimus. Et quidem nec Serapio aliter sentiebat. uerum enim uero
cum ille, tum etiam quicunq; professi sunt empiricam sectam praetergressi sunt hunc librum. At
ego facto principio perinde ac empirici, ad alia deinceps transibo. tu enim iam calles quo mo-
do sumpta methodo ex indicatione ad haec accedendum sit. H

Medicæ artis partes, quae à fine desumptæ sunt, & quae has antecedunt. CAP. 7.

ITaq; dicamus illas quidem primas & proprias, & quammaxime esse artis medicae partes, per
quas istius artis finem assequimur: alias uero istis esse superiores. Porro tot secundu numeru pri-
mae proximaeq; sunt, quot sunt maxime propriae rationes medendi. medicina nanq; affectionibus
nostri corporis medetur, siue modo illae duae sint, siue tres, siue etiam plures. Nos tamen eo libro,
qui ad Thrasybulum dicatus est, ostendimus primam harum constitutionum differentiam dupli-
cem esse, ac utranq; ab omnibus fere proprio nomine esse appellatam. siquidem alteram nos sani-
tatem, alteram aegritudinem appellare solemus. Sed in utraq; deinde harum duplices reperiuntur
species.

A species. nam utrobique ea constitutio, aut in habitu est, aut in habitudine. salubrem nimirum constitutionem, quæ in habitu est, illa pars sibi asciuit, quam salubrem appellamus. & istius præcipuas partes, euecticam sic ab eis dictam quidam ponunt, & analepticen quasi resumptiuam, & gerocomicam, quasi senum custoditricem. Quæ uero ægritudines respicit habitu, uel habitudine, nominibus caret, quibus partes hæ medicatiuæ nominentur: ægritudines uero ipsæ quidem aut acutè dicuntur, aut chronicæ, id est longæ. Partium itaq; huius artis, aliæ quidem primæ ac proximæ sunt: aliæ uero sine quibus illæ minime esse possint. In his igitur prima est significatiua, cuius duæ sunt partes: altera quidem præsentium cognitrix, altera uero futurorum præfagatrix. Fieri enim nequit ut rationem affectum aliquem curandi reperiamus, nisi ille prius cognoscatur. neq; etiam (nisi terminus futuræ iudicationis prænoscat) recte unquam curari poterit. Has tamen partes necessario aliæ item præcedunt, utpote ea quæ omnium particularum statum exponit, quædam uero dissectione comprehenditur. Insuper uero & illa, quæ de earum actionibus, ac tertio illa, quæ de earum usu est uel utilitate. Verum & his sunt aliæ priores. ea nimirum, quæ contemplationem elementorum corporis, ac ea quæ de iudicijs, necnon & illa, quæ de naturalibus facultatibus, quæ & ipsæ ex sectione animantium comprehenduntur. Nimirum in tot tandem principia significatiua pars dissoluitur, quam diximus, quòd omnino curatiuam ac salubrem præcedat, quæ omnia seorsum suis libris exposita sunt. Verum enim uero est, & alia pars præcedens curatiuam, quam etiam significatiuæ annectunt. ea autem est, quæ omnes causas docet, tam salubres, quam morbosas, quam materialem nonnulli appellant. hæc proficitur cognitionem causarum omnium, quæ his in primis constant, quæ offeruntur, quæ efficiuntur, quæ uacuantur, & quæ extrinsecus accidunt. horum enim omnium uires perpedit. nos autem in libris De ratione curandi monstrauimus, quæ hæc utilitatem arti præstant.

Partitio medicæ artis ab uno corpore, quod illi subijcitur, desumpta. CAP. 8.

HÆc itaq; est partium artis medicæ perscrutatio, ab ipsius prima maxime ac propria materia deprompta. Sed quæ ex secunda materia, nec ita propria, hoc se habet modo. Corpus enim humanum medicinalis artis secunda est materia, ac (ita dixerim) per accidens, ea inquam ratione, qua sanitas & morbus istius corporis affectiones sunt. Nec modo huius artis, sed naturalis etiam philosophiæ materia hoc ipsum corpus est, & ipsius etiam per accidens, eo scilicet quòd generationem subeat & interitum. Naturalis nimirum philosophia ea cõtemplatur, quæ generantur & intereunt. unde & ipsius prima materia generatio est, & propter hanc deinde corpus etiam generabile. nam & ob id corpus humanum naturalis materia est, quia generationem subit & interitum. medicæ uero artis non hac de causa, sed potius quoniam morbis ac sanitati subiectum est. Vnde cum corpus humanum sit quodammodo artis medicæ materia: hæc ars pro ratione partitionis illius, ipsa etiam in partes suas secunda ueniet. At duæ sunt secundum genus primæ differentiæ: altera enim circa elementares partes consistit, altera uero circa instrumentarias. At uero utraq; tam elementares inquam, quam instrumentariæ, animalis particule sunt, & harum omnium affectus quilibet propria erit huius artis pars, quam superius, dum de punctione suffusionum ageremus, in particulares actiones subinde diuidi ostendimus. harum siquidem notitiæ sunt elementares particule totius huiusce artis, sicut in his, quæ medicamenta uniuscuiusque complectuntur. & in his etiam quæ ad uictus rationem pertinent, illæ quæ unumquodque simplex respiciunt. Non modo autem partitio, quæ ex huiusce materiæ sectione suboritur, ad ultimas usque & elementares artis particulas prouehitur: uerum & illa cuius paulo ante meminimus. Præterea autem & alio modo fieri hæc partitio potest. nam fingamus nos uelle unum quodpiam morborum propositum genus ad ultimas usque particulas diuidere: prima tunc diuisio erit, quòd aut similaribus particulis accidat, aut instrumentarijs, ut in libro De morborum differentijs à nobis monstratum est: altera uero quòd harum deinde aliæ simplices sunt, aliæ compositæ, quod in eodem quoque libro ostendimus. Erit igitur necessariū, ut curatiua scientia minimas elementaresque particulas easdem habeat cum illis, quæ dicta sunt. Si enim, exempli gratia, calidum aliquem morbum uelimus curare: primum quòd cognoscere oportet, est ratio illum curandi, nimirum quòd contraria contrarijs remedio sunt (iam monstrauimus hoc commune esse & primum omnium.) Deinde uero, quòd id quòd est primo gradu calidum, illi est adhibendum, quòd frigidum primo item gradu est. mox uero & calidorum morborum, atque etiam medicamentorum refrigerantium gradus tenere oportet, quòd in libris De medicamentis explicauimus. Vnde manifestum quòd undecunq; quis partiri inceperit, si recte huiusmodi partitio ad ultima & elementaria theoremata fiat: perueniet tandem ad scientiam eorum, quæ dicta sunt.

Partitio medicæ artis ab ijs, quæ sunt secundum naturam, & quæ sunt præter naturam. CAP. 9.

VT tamen res hæc exactius intelligatur: alterius quoque partitionis, qua sepiissime usus sum, meminisse uelim. Porro eorum, quæ circa corpus humanum sunt, alia præter naturam sunt, alia uero secundum naturam: quæ uero præter naturam sunt, aut morbi sunt, aut symptomata. Sed istorum causæ, si eorum quidem fuerint, quæ secundum naturam sunt: oportet ut medicus scientiam habeat hæc ipsa tuendi. si uero eorum, quæ præter naturam: ut ea interimendi scientiam habeat.

Spurijs.

Cy ij beat.

GAL. DE DYNAMIDIIS

beat. quo autem modo hæc sint peragenda, alibi à nobis expositum est. In presenti uero est exami- E
 nandum id quod propositum fuerat. ut eorum unumquodq; singillatim partiamur. Sed nos seor-
 sum de his in alijs egimus. de morbis, inquam, in libro De morborum differentijs: de causis item in
 alio libro: quemadmodum etiam in alio De symptomatibus. sed & sanorum differentias in libris
 De salubri parte medicinæ. in therapeuticis quoq; facta diuisione & morborum, & symptomatū,
 & causarū, docui quo modo omnibus sit consulendum. Et nimirum per hanc etiam partitionem
 facile inueniuntur ea, quæ prima, & quam præcipua sunt in arte, non esse alia ab illis, quæ diximus,
 nec non & ea quæ secundum locum obtinent, & quæ etiam tertium, ut antea quoq; à nobis expo-
 situm est. oportet etenim & hæc ipsa partiri. quod si recte fiat: oportebit partitionem tandem per-
 uenire ad elementares usq; notitias. Quòd autem uarie possit unumquodq;, quod propositum sit
 diuidi: nec uno tantum modo dixere philosophi omnes, qui dialecticam maxime calluerunt: atq;
 in primis Plato in duobus libris, sophista inquam & politico. Nihil igitur est cur ex multiplicitate
 partitionum turberis, si multifariam antiqui medicam artem partiti sunt: quin potius perpende si
 nihil sit prætermissum ex his, quæ occurrere possunt. Profecto quicumq; hæc obseruauerit: is suam
 partitionem modeste prosequetur. Veruntamē optimum erit (ut etiam prius diximus) si initium E
 à maxime propria sumpserimus materia, cui mox ex prædicta methodo alia addiderimus.



GALENO ATTRIBVTVS LIBER DE DYNAMIDIIS.

*

Desideratur libri principium.

*

C E N S V R A.

In libris facultatum medicamentorum simplicium ueriora hæc, & absolutiora reperies.

Verum hæc est uirtutis demonstratio omnium medicamentorum, quæ ad artis medicinæ scientiã G
 pertinet: quam si plenissime intelligent hi, qui artem medicinæ profitentur, semper his adiutorijs
 & curis homines adiuuabunt. Quòd si nõ negligēs assiduitatem, & plenus huius disciplinæ & do-
 ctrinæ aliquo modo fuerit, facile recipitur in crasiam. hi magis decipi possunt, qui doctrinã igno-
 rant: qui quanto negligentes fuerint, tanto magis periculum hominibus uicturis faciunt: permi-
 sta & præposita, & non congruentia ualetudinibus, & iam magis uulneribus medicamenta com-
 ponunt. Ne igitur errore curantes frustrentur, experimento hanc doctrinam prius memorię com-
 mendare oportet. In principio ergo omnium elementorum uel humorum atq; urinarum siue pulsuum,
 atq; phlegmonarum ferè composui confectiõnem ad Glauconem conscriptã. In secundo tibi clarissi-
 me Paterniane omnium pigmentorum intellectum & qualitatem, & defectum posui. Nunc uero dy-
 namidiam eorum nominum exponere institui, quæ multis generibus & ex dissimilibus rationibus
 constat: sicut infra ostenditur. Sunt autem genera nominum & eorum effectuum hæc. Hypnotica sunt,
 quæ somnum uel soporem faciunt. Peptica sunt, quæ digestionem faciunt. Eustomacha, apta stoma-
 cho. Styptica quæ stringunt partes relaxatas. Lea sunt lenia, quæ leniunt asperitatem. Horetica
 sunt, quæ auferunt fastidium. Colletica sunt glutinatoria: quæ omnia soluta uel fluxa glutinant, & alli-
 gant. Diuretica sunt, quæ urinam prouocant. Cathartica sunt, quæ uentrem & uulnera soluunt, & pur- H
 gant. Picra sunt amara, quæ amaritudine sua morbos & humores expellunt. Drimea sunt acria, quæ
 nequitiam humorum uel morborum extinguunt. Glycea sunt dulcia, quæ aliquando purgant, & in-
 terdum acres humores indulcant. Thermantica sunt excafactoria, quæ calore suo omnem perfri-
 ctionem, & stricturam calefaciunt. Psycica sunt refrigeratoria, quæ omnem calorem & lassitudinem
 mitigant. Paregorica sunt, quæ mitigant ne malum crescat: non perfanant. Trachea sunt aspera, quæ
 suffocata loca ulcerant & exasperant. Staltica sunt, quæ carnes supercrescentes uulneribus æquãt.
 Catulotica sunt, quæ cicatrices grossas comedendo æquant & lymphidant. Anaplerotica sunt, quæ
 cicatrices crassant: quæ alta uulnera complent, & lymphidant. Metasyncretica confirmatoria, quæ
 perfanant. Malactica sunt, quæ omnem duritiem emolliunt, & soluunt. Toxicata sunt uenena, quæ
 nocumentum inferunt mortis. Et hæc sunt, ex quibus medicamina sunt prodeuntia. Sanationes
 constant ex animalibus marinis: uel terrenis, herbis, uel seminibus, lignis, uel lapidibus, aut flo-
 ribus, succo, uel lachryma, Cætera omnia metallicis rebus constant, Omnium ergo qualitas & po-
 tentia quatuor modis probatur, uisu, tactu, odore, & sapore. Visus omnium similitudinem folio-
 rum uel florum, & cuiuslibet materiam & colorem demonstrat. Tactus cuiuscumq; rei mollitiem uel
 duriciem, ponderis seu leuitatis æstimationem docet. Odore intelliguntur ea, quæ odorata sunt:
 thermantica

A thermantica, styptica, austera & putrida. Sapore intelliguntur, ea quæ sunt amara, dulcia, falsa, acida, styptica, & lenia. Iam nunc ipsam medicinam leuiter demonstro corporibus ex his omnibus contrarijs prodesse. Et ex contrarijs sibimet uinci, ut ignis ab aqua uincitur, & ipsa aqua calore siccatur. Interdum & calore nimio maiori adhibetur: ut contrarijs esse possit. Sic ergo & omnis causa contrarijs sibimet causis uincitur uel mitigatur. Consequens ergo est ratio, ut prius causam curandi intelligas, deinde causæ rationem reddas, postremo de curis dicam. Febres ualide stypticis, chalasticis, & paregoricis rebus mitigantur: interdumq; & perfrictione, quando causa concepta fuerit. Similiter & omnis causa ualida curatur: stricta & dura causa malacticis, & metasyncreticis rebus curatur. Aspera causa chalasticis & dulcibus, & lenibus rebus curatur. Fastidia morborum orecticis rebus curantur. Humores acres & falsi, amaris catharticis rebus & dulcibus indulcantur. Cancrosa causa stalticis, & catharticis, & acerrimis rebus, & igne curatur. Verrucæ et extantia corporis, stypticis rebus curantur. Difficilia uulnera & cicatrices crassæ catuloticis, & colleticis rebus curantur. Alta & caua uulnera, & lymphida anapleroticis, & lenibus rebus curantur. Dolores omnes uetusti, & insanabiles metasyncreticis, & malacticis rebus curantur, aut paregoricis mitigantur, aut igne peruruntur. Hæc quidem doctrina complectens omnia experimenta non debet medicum latere. Quoniam si huic doctrinæ operam dederit, omnes ualitudines & uniuersas imbecillitates humanorum corporum per hanc doctrinam salubri auxilio superare poterit. Igitur totius corporis medicamina ad tria rediguntur adiutoria, medicamentum, ferrum, & ignem. Quod enim medicamento curari non potest, ferro curare tentes: quodq; ferro sanari non permittitur, igne curari cõceditur: quod autem nec medicamento, nec ferro, nec igne curari poterit: incurabile cogitabis, quia nulla cura iam superari poterit.



GALENO ATTRIBVTVS LIBER ALTER DE DYNAMIDIIS.

C E N S V R A.

Liber magna ex parte ex Actio de sumptus, erroribus tamen plurimis scatens.

De quatuor humoribus.



LIBELLVM, quem roganti tibi, promisi, omni cura adhibita descriptum mihi ordinatissimum tuæ salutis custodia, quem debebis ea diligentia intueri, qua scriptus est, ad curationē tui corporis omnia explorata sunt, quæ cum rerū effectu comperi celeriter connexui. Nanque diligenti cura, licet summa breuitate comprehendere singula curationum genera, sicut proxime te interposito Casari nostro fecimus. quæ per te etiam æstimare poteris. Sapientis enim ratio consiliū inuenire consueuit. Omne itaq; corpus hominum uel pecudum aliorumq; ex quatuor humoribus constat. Sed præcipue hominum, calido, frigido, sicco, & humido. Frigido continentur uiscera unde spiramus. Calido continetur anima, qua uiuimus, inde est quòd sentimus.

D Sicca sunt ossa, quæ uires faciunt ad sustinendum laborem. Humidus est sanguis, quo alitur uita. Per ossa uero & uiscera uenæ currunt, quæ sanguinem regunt. Sanguis animam, anima uitam sustinet, spiritus autē aer est, ossa uerius munita uirtutē corpori præstant. Sanguis quando abundat, ualitudinē uitiat. Ex eo enim nascit sanies, quā in uulneribus uidemus: nascitur ex eo pituita, quæ nauseam facit: nascitur ex eo bilis etiam acida & amara, quæ dicitur mater morborum. bilis enim ubi est, concitat calorem, pruritus: pruritus, perfricationem. inde fiunt dolores intestinorum. oritur etiam inflatio, qua corpus extenditur ut rumpi uideat. Sanguis autē ex nimio cibo, nimiaq; potatione incipit abundare, & cruditate corrumpi, qui quando uagatur extra cursum naturæ, infert uitia corpori: & in quacunq; parte corpori incubuerit, uitiat, fatigat, & lædit: idem etiam animū uitiat, & inde os hominis incendit, incipitq; exinde foetere. At quando est integer sanguis, animam sine dubio confirmat, ut possit frigus caloremq; fortiter sustinere. Quando abundat calor uel frigus, facit corporis languorē, uel malum generat odorem. Corpus enim hominis rationabiliter ex quatuor constat humoribus, sanguine scilicet & phlegmate, & utraq; cholera, quæ dominantur in suis locis. Sanguis uirtus est circa cor. Cholera rubra in dextro latere in hepate, quod iecur uocamus. Cholera uero nigra in sinistro latere est in liene, qui Græce splen dicitur. Phlegmatis autem alia

Spurijs.

Cy iij pars

GALENO ATTRIBVTVS ALTER

pars in capite, alia in stomacho, alia in uesica est. Sanguis calidus est, & humidus: cholera rubra, amara, uiridis est & sicca: cholera nigra acida, frigida est, & sicca: phlegma frigidum & humidum. Hæc omnia in suis temporibus crescunt: sanguis ueris tempore, cholera rubra in æstate, cholera nigra in autumno, phlegma in hyeme. Isti humores dominantur siue per diem, siue per noctem. sanguis dominatur ab hora noctis nona usque in horam diei tertiam: cholera rubra ab hora diei tertia usque in horam nonam: cholera nigra ab hora diei nona usque in horam noctis tertiam: phlegma ab hora noctis tertia usque in horam noctis nonam. Hi etiam habent respirationes per singulas partes corporis, sanguis per nares, cholera rubra per aures, cholera nigra per oculos, phlegma per os, & per nares. Hi quatuor humores, per quatuor etiam dominantur ætates: phlegma cum parte sanguinis in pueris dominatur usque in annum decimumquartum, & exinde cholera rubra cum parte sanguinis dominatur usque in annum trigessimumquintum, uel quadragesimum: deinde à trigesimo quinto, uel quadragelimo anno magna pars sanguinis dominatur usque in suam ætatem cum nigra cholera. Tales etiam faciunt mores in unoquoque homine. Sanguis enim facit pueros moderatos, blandos, & formosos. cholera rubra facit acutos, ingeniosos, & leues, macilentos, comedentes multum, & uentres solubiles: phlegma facit compositos corpore, inuigilantes, & intra se cogitantes, & canos cito producentes: cholera nigra facit subdolos, auaros, perfidos, tristes, seditiosos, & timentes. Qui habent uirtutem calidam, dominantur in superiori parte: qui uero frigidam, in inferiori. Hi quatuor humores, pulsus suos habent: sanguis facit pulsum plenum, & humidum: cholera nigra tardum & segnem: cholera rubra tenuiorem, asperum, percutientem: phlegma honestum, plenum, & æqualem. Isti humores sine se esse non possunt, sed in omnibus habentur a partibus: si unus ex his minuitur aut decrescit, longam facit ægritudinem: simili modo, si augmentari cœperit, & si imperitum medicum habuerit, qui non intelligat, ex quo humore fiat ægritudo. Scias autem charissime frater Meccenas, quia si fuerit culpa sanguinis ægritudo, da ei frigida, & sicca, & amara: quia sanguis calidus, & humidus & dulcis est: si uero cholera rubra, da ei frigida, humida, & dulcia: quia cholera rubra amara est, & ignea, & sicca: si cholera nigra, da ei calida, & humida, & dulcia: quia cholera nigra acida est, & frigida, & sicca: si ex phlegmate facta est ægritudo, da ei assidue dulce, calidum & siccum: quia phlegma frigidum, & humidum, & insipidum est. Et quando hoc factum fuerit, perduces ad propriam sanitatem ægrotum. Igitur ut facilius commodis fruamur, & incommoda uitemus, percurrentia uitia signis naturalibus cognoscamus, cognitaque mortifera emendemus.

Ex quibus membris sanitas uel infirmitas perpendatur.

Quatuor corporis partibus origo infirmitatis uel sanitatis ostenditur, capite, thorace, uentre, & uesica, quæ ita oportet cognosci. Homines sani erunt, si urinam mane albam, ante prandium, candidam, item ante cœnam roseam emiserint. Candida enim urina debet esse, ubi cruditas non est. Quod si mane mutauerit colorem, ostenditur subesse uitium: quod autem genus uitii, ita intelligemus. Quando à capite morbus oritur, solet capiti dolor accidere, uel temporibus, tunc supercilia grauantur, & tempora saliant, & aures sonant, oculi lachrymantur, nares repletæ odorem non sentiunt. Ergo quando ex his aliquid acciderit, caput purgari oportet hac ratione. hyssopi, aut coronæ, † burbulæ fasciculum unum feruescere facias, inde aquam continebis ore, usque dum caput calidum habueris, ut fluat pituita. quod si quis negligat eam, caueat epiphoras, aut dentium, aut aurium dolorem. Interdum etiam parotides nascuntur, & uitia circa aures & ceruicem oriri solent. Interdum destillatio uuulæ, aut grauitas. Interdum ulcera nascuntur in capite, aut capilli defluunt. Quando autem à thorace morbus oritur, incipit sudare caput, lingua fit grauior, aut os amarum, aut maxillæ dolent, oscitatio sequitur sine somno & quiete: grauitas & prurigo corporis, aut dolor: brachia manusque intumescunt, subitque tussis arida. Ex his igitur quando aliquid acciderit, uitabis uitium si uomueris, siue ieiunus, siue post cœnam, uel in balneo. plus enim prodest si ieiunus bilem proiecerit. eam enim dicimus esse matrem morborum. Sed qui uomere uolunt, & stomacho laborant, si decimo quoque die abstineant, omne uitium euitabunt. Nanque frequenter uomendo solet stomachus corrumpi. Quod si ex uentre morbus oritur, hæc sunt signa. Venter uritur & turbatur, & sentit dolorem, ut cibus & potus amara uideantur, genua subsidunt, lumbi grauantur, inter scapulas contrahitur, totumque corpus particulariter grauescit, tardantur pedes, grauiæ sunt crura, renes indolescunt, & incurrunt febriculam. His itaque cognitis, prima est abstinentiæ utilitas: tunc etiam medicamentis satis est aluum purgare, ut graue corpus leuamenti adiuuetur. Quod si morbus maior premere uideretur, adijcies alterum diem in abstinentia, si uires tamen patiuntur: sin minus, quam maxime leuissimum sumant cibum, sicut ouum sorbibile, aut aliquid ouo simile. Hæc qui neglexerint, fiunt cœliaci, torminosi, dysenterici, & nascuntur tertianæ & quartanæ: fiunt podagrîci, chiragrîci: morbus etiam in articulis accidere solet: quidam etiam fiunt amentes, quibus etiam solet sanguis à naso erumpere: oportet autem custodire & emendare uitium. In uesica qui nascitur morbus, hæc habet signa. pleni uidentur, & cito saturi sentiuntur, frequenter sentiuntur inflationes uentris, & strepitus, uidentur oscitare nec oscitant, sed tantum os diducunt, sequitur totius corporis stupor, somnus grauis, quasi macri corporis sit. Urina

liuida

Aliuida & uix egeritur, tumescunt etiā uerenda, & inde calculosi fiunt. Hæc uitia sic emendant. Fœniculum, apii uino austero madefactū, uel etiā radices eorū conteres cum uini cyathis duobus, et tantundē aquæ calidæ, uel dauci semen, & myrtæ pusillū tritum cū uini cyathis duobus, & tantundem aquæ calidæ, uel cicer album madefactū cum uino, ut supra scripsi, bibe: uel radices asparagi, uel orobum erraticum, uel serpyllum decoque in aqua uino mista, & bibe. q̄ si negligunt, fiunt hydropici, sequit̄ & iecoris, renum, & uesicæ dolor: fiunt quoq̄ calculosi, sequit̄ & stranguria, & uenter tumescit. Intueri aut̄ oportet ægri uires, ut possit sustinere medicinam, ita & febris cruditate careat, Sed etiā cataplasmata adhibenda sunt, quæ apta sint capiti, uesicæ cruditati, frigori, calori, p̄ ut tempus erit. uti etiā oportet roseo aceto, oleo uiolato, & irino: & linguā asperam melle fricabis, uel menthæ folio, & reliqua diligenti medico permittenda sunt: quia morbus acutus est.

Prologus libri.

Quoniam petenti tibi, corporis sani & imbecillis per urinam notas dedi, adieci etiam ad curationem rationis consilia: nunc autem medicamentorum compositiones adijciam, & unde nascantur corpori uitia: & si nata fuerint, quæ emendatio ad sanitatem perducatur. Aduersus autem omnes impetus morborum duo sunt remedia certissima: primum est, ut decimo quoque die à cibo & potu abstineas, deinde postero die laueris, ciboq̄ firmo utaris. si sic feceris, oportet ut nihil uitij omnino accidat, perpetuaq̄ sanitate utaris. altera res salubris est potus, qui lenitudinem confirmat: eius potionis compositiones habes per annos iam completos amicissime Mœcenæ, quādo me cum Cæsare nostro morari inuenisti, & hæc faciendo nunquam te in aliquo languore corporis decidisse: nec nostrum Augustum. Itaq̄ me tecum habebis, libellum meum legendo. Adieci etiam quod plenius tibi consilium præstare poterit petenti, quod in ultimis leges dynamidijs. Sed expedit, ut crescentibus numeris Lunam obserues, quando tollere, & quando ponere uelis curationem. Si itaq̄ non feceris, & ad diminutionem Lunæ sustuleris, minus ualere scire te oportet. etenim mare per Lunam augetur & minuitur. cerebrum etiam & corpora hominum augentur crescēte Luna. Quando autem Luna minuitur, ita quoq̄ unaquæq̄ earum rerum diminutionem sentit, quæ licet recognoscas ex his hostijs, quæ quotidie immolantur, in quibus uides omnibus augeri & minui cerebrum per Lunam, ita quoq̄ in herbis, & componendis medicamentis. Sanè etiam totius anni dies tibi scripsi, per quos scias quibus rebus uti debeas aut abstinere. Incipiamus ergo ab hyemis conuersione, quæ fit solstitiali die. i. octauo cal. Ianuarij. Tunc incipit se diffundere humor increascens usq̄ ad cōuersionem ueris. Utendum est ergo calidis, & aperitiuis rebus illo tempore, & uino aliquatenus indulgendum. Sunt autem dies in supradicta cōuersione nonaginta tres. nam incipit ueris conuersio à duodecimo calend. aprilis. ex eo phlegma crescit & sanguis. Utamur ergo bene olentibus, & acibus omnibus: corpus exercere & laborare debemus usque ad ortum pleiadum. diebus scilicet † xxvij. nam pleiades oriūtur sexto Idus Maij. Ex supradicta igitur conuersione usq̄ in hanc diem fel crescit, & amaritudo eius augetur, ex quo febribus subministratur alimonia usq̄ ad æstiuam conuersionem. Utamur ergo dulcibus, uenere & uino parcius: labore nihilominus exercitabimur. Sunt autem dies isti à supradicta conuersione xxxiij. conuersio uero æstiuæ octauo cal. Iulij incipit, tunc nigrum fel id est melancholia augmenta suscipit usq̄ ad conuersionem autumnalem. Utamur ergo frigidioribus, & dulcibus, & bene olētibus: à labore tunc corpus abstinebimus, sed à uenereo usu continere debemus, maxime diebus † xij. Conuersio autem autumnalis incipit sexto cal. Octobris. tunc etiam fel crescit, & pinguis humor. i. pituita usque ad occasum pleiadum. Utamur ergo acidis, & acerbis, & parcius laboremus, & abstineamus à uenere. Sunt autem pleiadum occasus dies. † xlv. quod est quarto Idus Nouembris. tunc crescit in corporibus hominum sanguis. Oportet ergo cibis leuioribus uti, & uinum sanum sumere, & à uenere non abstinere. inde ad conuersionem hyemalem dies sunt xij. His ergo utere, & sanus transibis.

† 4^a. XLVII.

† 4^a. XV.

† 4^a. XI.

Domne ætatis tuæ tempus, nec medicinis indigebis.

De catharticijs.

Vide Actium in lib. 3. cap. 23. De purgatione ex Antyllo.

Quoniam quidem de naturalibus qualitatibus specierum, & ciborum in superioribus satis diximus, nunc de catharticijs dicendum est, quæ diminuunt humores, quos auxerūt cibi incongrue sumpti. Sana habentes corpora laboriosum est purgare, etenim tortionibus & strophis grauissime affliguntur, & grauiter eos consequitur purgatio, & deinde citius deficiunt purgati. Oportet igitur aliquem purgare uolentem, præextenuare & incidere pingues humores, & poros aperire, per quos accipiuntur & extrahuntur humores à catharticijs. & crudos quidem & tenues humores à principio morborum euacuare oportet. Expectare autem oportet cōcoctionem in crassis & glutinosis humoribus, sicuti est phlegma & cholera nigra, & in omnibus prolixis passionibus semper maturationem expectare conuenit. In acutis autem quando mouentur humores, & circa initia purgandum est cum cautela multa. In motione etenim, & ductione, & cursu existentibus humoribus, timendum est ne quod uiscerum debile existens natura, materiam motam recipiat, & maxime thorax. In quolibet autem membro infixos humores, sicut in phlegmonis uiscerum fit, purgare non oportet antequam maturentur. Quicumq̄ enim phlegmonas habentes dicit Hippocrates in principijs soluere tentauerint, nihil extendentis, et phlegmonem facientis auferet.

Spurij.

Cy iij Non

GAL. ATTRIBUTVS ALTER

Non enim cōcedit cruda passio, sed salubria, & morbo repugnantia deliquat, sicq; corpore debilitato praualebit morbus. Quādo uero morbus praualeat, honestū est humores educere. Utimur autē chatarticis in cephalæa & scotomia, & hemicrania, & epilepsia, asthmate, & synanche, & orthopnoea, & in ischiadica, & arthritica, & podagrica, & nephritica, & in uesicæ & matricis passio nibus, si prolixæ fuerint. Similiter autē & quādo rheuma frequenter nocet auribus, uel naribus, uel oculis, uel stomacho, uel ori, uel omni superfici ei, & neq; desiccatur ab alijs adiutorijs, neq; per se stare potest. solet em̄ uētris purgatio rheumatismos stringere. Hic quoq; ordinabo quo modo expurget melancholicus humor, post phlebotomiā, post retentionem hæmorrhoidū. Ad expurgandam uero & remouendā prolixam humorū dispositionē utimur cathartico in paralyfi, & apoplexia, & atrophia, & in pessimo morbo, qui caros dicit, & in grauitate permanente in aliqua parte corporis: Ad restaurandū uero corporis habitudinē, utimur catharticis, & in prolixis febribus, uel quotidianis, uel quartanis, mania, melancholia, ecstasi, cachexia, atrophia de malis humorib. facta, in elephantiasii, uel epilepsia quoq; scabie, & lepra, exanthematibus, satyriasi, in ulceribus multis spontaneis, & uix cicatrizantibus, & rheumatizantibus. & ut abundantem, & molestantem educamus humorem, utimur catharticis in hydropico, & icterico. Hic quoq; ordinandum est de rheumatismis uentris, in quibus utimur catharticis. aliquando etenim acer & inutilis humor insidet pelliculis uētris aut intestinorum, similiter ut acria suppositoria, & acria clysteria commouent intestina, & ad desidendum conatum excitant. Vbi enim est acredo, ibi attrahitur humor de membris in circuitu, uel de toto corpore. In his uero dignum est uti catharticis, ut talis humor expellatur à toto corpore, & uenter, & intestina mundificentur. Vniuersaliter autem catharticis utendum in robustis uirtute, & promptis ad exercitia, stomachūq; robustū habētibus, & multā inutilē materiam in corpore congregantibus. Nimis uero pingues, nimisq; graciles ad purgandum incongrui, multo abundantes sanguine, et frequenter deficientes, & uix curabiles, et cito uomentes pro qualibet occasione, & pueri, & senes, & mulieres fortiter menstruose, & purum ualde corpus habētes, & qui bene cauerint in diæta, & quibus ualde restringitur uenter secundū naturā. Sed & etiā in dysenteria, & qui leuiter apprehendunt cœliaca. Oēs em̄ cœliaca passione grauati ad purgationem sunt incongrui. Nunc igitur incipiendum est à pharmacijs choleram purgantibus.

¶ De purgantibus choleram rubram.

Cholagoga dicuntur, quæ choleram rubram expurgant, quibus utendum est, si opus est, omni tempore: præterquam hyeme: in ætate quidem adolescentiæ & iuuentutis, habitudine autem sicca, & gracili, & nigra uel rufa, & in uiris magis, q̄ in mulieribus, & in ijs, qui frequenter cibum corrumpunt, & in habētibus uentrem constrictum, & amara cholera abundantibus, facileq; irascētib. & urinas modice egerentibus, cibisq; utentibus calidis & siccis: in passionibus autem ictericis, hepaticis, spleneticis, pleuriticis, phreniticis, synanchicis, mania, cephalalgia, ophthalmia, erysipelate, lepra, febribus tertianis, & quibus cholera abundat. His ita dispositis, notandum quod cathartica non simplici aliqua qualitate euacuant, ut per calorem (nam si hoc esset, omnia calida purgarent, ut piper, sinapi) sed potius purgant proprietate quadam, eo quidem modo, quo magnes ferrum trahit. Sed cathartorum quædam, quæ uentrem molliunt, tantum malactica dicuntur, de quibus superius diximus. Nunc uero de fortiter educentibus sermo imminet, quibus utimur aut ubi materiam per metathesim medicamur, aut induratum morbum commouemus, siue ut reficiamus corpus, & ad suam temperantiam conuertamus aut humorem molestantem educamus. Sunt autem alij quidam modi misti & compositi adinuicem. Purgantibus uero tempus est aptum uer magis, & maxime autumnus.

De aloë. Vide Aetium libro eodem, cap. 24.

Aloë totum corpus non euacuat, sed choleram in stomacho, uentre, & intestinis existentē educit perfecte & suauiter, cum suppositis scybalis, quæ nimis educit. Datur autē capite grauatis propter fumigationes à stomacho frequenter ascendentes. datur autē ophthalmicis propter eandem causam, & ijs qui propter cholerae abundantiam sitiunt, & quibus lingua & os facile desiccatur: & quibus stomachi fit subuersio, aut propter calorem, aut propter anxietatem, siue propter aliquam infirmitatem. detur quoq; citrinis extra rationem factis: & ubi necesse est educere superfluitates, & clystere pro aliqua occasione intromittatur. Dentur aloes drachmæ duæ, cum melicrato. Optimum autem erit si quis acceperit eum quotidie uespere, siue quod melius est, mane, quia uespere post cibum, cibum corrumpit. Quibus uero insuauis est propter amaritudinem, cum succo corticis citri, uel brassicæ, uel cum terebinthina & melle cocto orobicas confice pilulas, & da ex eis secundum quod opus fuerit. est autem eustomachicum plus omnibus catharticis.

De scammonia. Vide Aetium libro eodem, cap. 25.

Scammonia choleram rubram educit, stomacho maxime dolorem inferens, & insuauis, & gra uiter olens, & ualde sitim faciēs, & cū omnia cathartica cacostomacha præter aloë sint, scammonia est præ omnibus. Abstinerē igit ab ea oportet debilem habentē stomachum. leuissima em̄ existēs, facile ad corpus attrahitur, & de eo purgat, quod purgandū non est. sed impeditur eius euacuatio frequenter à calore febrium, ut de superfluitatibus parum educat. Danda est igitur infebrientibus & eustoma-

A & eustomachis, & difficulter uomentibus, & non facile deficientibus. Dosis uero eius est. ʒ. iij. siue plus, siue minus, secundum uirtutem: cui admisceatur sal, aut thymi cyma, aut pulegij, aut aloemagis. [quibus forte absentibus] detur cum melle, uel succo ptissanae. † ʒ. drach.

De peplio.

Vide eodem libro, cap. 26.

Peplij semen aut cyma in umbra siccata dentur. ʒ. iij. in melicrato modico aceto asperso. educit. n. choleram rubram, & nigram, & phlegma, & uentositates, & fm q̄ Isaac dicit, maxime conuenit passionibus ex uentositate factis, [& melancholia.] In uitio splenis quoq; prodest, inflationibus prolixis & matricis, & coli, [& profundis tumoribus, qui fiunt in uentre.]

De elleboro nigro.

Vide eodem libro, cap. 27.

B Elleborus niger purgat inferius choleram rubram, maxime, & nigram de toto corpore sine molestia aliqua. Ideo febricitantibus non grauitur, sed in circuitu, & per longum tempus, datur, & [manentibus chronicis,] & in cephalæa diuturna, utilissimus uisceribus, & matricis passionibus. Maxime uero eius uirtus est ad educendum ex toto siquid corruptiuum sanguinis est admistum. Vnde utilis est ictericis diuturnis, & exasperationibus circa superficiem, ut est lepra, & impetigines, & similia, ad elephantiacos quoq; facit. Dosis autem eius est. ʒ. iij. siue plus, siue minus. Tenuibus autem radiculis prius aqua infusis, deinde earum ablato cortice, & in umbra desiccato, diligenterq; trito datur cum sapa, aut cum oxymelite. cui adiungitur causa boni odoris modicum petroselini, uel dauci, uel pulegij, uel satureia. q̄ si fortius uolueris facere, scammonia modicum adiunge.

¶ De purgantibus cholera nigram. Eodem libro, cap. 28.

Cholera nigram educentibus utimur in melancholicis, & scotomaticis, & furiosis, & ijs, qui tatrophia laborant, & qui se abscondunt, & epilepticis. detur autumnii tempore maxime.

De epithymo.

Eodem libro, cap. 29.

† Aliter legenda

Epithymum igitur nigram cholera educit inferius. Dandum ergo perfectis. ʒ. i. iij. cum sapa uel oxymelite & sale modico. Continet autem passionibus ex uentositate natis, hypochondriacis, & quibus hepar grauatur, & dyspnoicis. Similiter purgat illud superfluum, quod nascitur super satureiam, sed debilius est.

De polypodio.

Eodem libro, cap. 30.

† ʒ. xii.

Polypodium cholera nigram maxime educit, & phlegma. Dentur autem radicis mundatae ʒ. vii. elixa eas in melicrato aquoso, uel Sole siccata da comedendas ante cibum. purgat quoque mediocriter in uiscello gallinae, uel ptissana cocta.

De pulegio.

Eodem libro, cap. 31.

C Pulegium quoq; educit cholera nigram & tragoriganum & † leucanthemon, quod leuitate modo dicitur & alixon, & alipon.] Dentur autem de uno quoq; ʒ. vi. Melius autem dantur cum aceto, & sale modico & aqua, siccata & trita.

De lapide armenio.

Eodem libro, cap. 32.

† Panthemini.

Armenius lapis nigram purgat cholera, & oem pingue & uiscosum, ideoq; datur melancholicis & elephantiosis, & similibus, & phreniticis & asthmaticis. Dosis autem eius est. ʒ. iij. siue plus, siue minus.

De centaurio minore.

Eodem libro, cap. 33.

Centaurium minus cholera pinguissimam purgat, & mucilagines, & ideo prodest splenicis, & ischiadicis. Bibitur autem elixatura eius. Sumantur quidem centaurij. ʒ. vi. aqua coryla una, & bulliat ad medietatem.

¶ De purgantibus phlegma.

Eodem libro, cap. 34.

D Phlegmagoga dnr, q̄ phlegma purgat, quibus utendum est in frigidis habitudinibus, & ætatibus, & ægritudinibus, tpe quidem hyemis, ut in paralyticis, apoplecticis, tumenibus tumore frigido & qui multum & frequenter pingua phlegmata mingunt, & quibus phlegmata abundant in uentre, & pectore, & stomacho, & mulieribus rheumatizantibus, & qui pingua excreant, & fastidiosis & ischiadicis de mucilagine articulorum factis, elephantiosis: maxime autem ijs, qui hydropem anasarca patiuntur.

De colocynthide.

Eodem libro, cap. 35.

Colocynthis phlegma purgat maxime, et cholera, et mucilagines. unde neruorum eorumq; passio nra est purgatiua. Dat igitur utiliter omnibus capitibus passionibus, & orthopnoicis, & ischiadicis, et arthriticis, & ijs qui in renibus, & uelica diuturna affectionem habuere. est quoq; utilis alijs passionibus, q̄ sunt ex materia uix extirpabili & dura. Dantur autem. ʒ. ij. de interioribus in melicrati cyathis duobus, debilibus autem. ʒ. i. datur. Eligenda est autem alba & mollis interioris colocynthidis pulpa, nra sicca & denigrata inutilis est. Terenda est autem & soluenda diligenter, & multoties cribellanda, & qm̄ uti ea uolumus cum melicrato diligenter soluat. nra trita anteq̄ infundat, tenuissima uideat, sed qm̄ in melicrato infusa fuerit, tumescit ualde, ut non facile credat, q̄ cribellata fuerit. q̄ si sic bibitur, tumescunt eius partes recentes in uentre & stomacho, & maxime in intestinorum circulis & reuolutionibus propter mollitiem, q̄ acres existentes natura, & demordentes, intestina ulcerant quibus infederint, & passiones neruorum inferunt, & strophos, & fortes tortiones. Vnde cum multa caute la cum melicrato oportet ea soluere. Quod si mitius purgare uolueris, colocynthidem desuper aperiri, et oem semem p̄ijce, & solu pulposum absq; semine in ea relinque, & reple ea t̄elixatura, uel uino dulci † sapa.

Cy v &

GAL. ATTRIBUTVS ALTER

& ueteri, & sic infundatur per diem & noctem, deinde colabis uinum cum panno, et calefacies, et dabis bibendum. Optime quidem purgat ictericos, & habentes liuidas pustulas in superficie.

De tithymallo.

Eodem libro, cap. 36.

Tithymallum educit phlegma & cholera nigrā. Dantur autē cymæ uirides in uasculo quodā ad ignē deliccata, & sic diligenter trita. Misceantur autē eorū. ʒ. iij. cū polēta & aqua, & sic bibantur, nā sicca comæ eius debiliores sunt. Cū caricis autē tithymalli radix siccata in umbra reponatur, & qñ ea uti uolueris, corticis ablati diligēter triti. ʒ. iij. immitte in uino dulci ueteri, & sic infundi pmitte die & nocte, & p pānū colās calefacies modicū, dabisq; ad bibēdū cū uino. optime purgat. Succus autē tithymalli datur à quibusdā cū caricis, uel cū polēta stagones. i. gutte. iij. aut. v. sed multum ulcerat linguā & q̄ circa eā sunt, & uentri calorem inferunt maximum. Sed si uis bene facere, in ficu matura & recēti, supradicti lactis. iij. guttas immitte, & de lacte eiusdem ficulneæ fm uires sumentis, & sic da ad comedendū. & si uolueris seruare toto anno, poteris. quacuncq; hora dederis, facile purgat. Sed tanquā de fortissimo cathartico obseruare, quoniam mirabiliter soluit.

De isio.

Eodem libro, cap. 37.

Ision phlegma purgat, maxime, cuius cortices sicca & infusa, ut prædictum est, in aliquo dulci uino da. ʒ. vi. bene purgat quantumcuncq; uolueris, donec anū aqua non laueris, sed cū panno lineo illum absterge. & quando tibi uidetur sufficienter purgasse, laua anum frigida aqua, & extrema manuum & pedum in aqua mitte, & restabit fluxus.

De elaterio.

Eodem libro, cap. 38.

Elaterium purgat nimis phlegma & cholera. Dabis autem obolos. iij. cum lactis confestim multū cotyla una. sed eligendum est quod uiride sit in colore, & leue, & non uetus.

De cocco cnidio.

Eodem libro, cap. 39.

Coccus cnidius phlegma purgat & cholera mediocriter, sed magis crudos & aquosos humores. Est enim igneus & acutus. Dantur autem grana. xxx. Si uero leuius purgare uolueris, dentur grana. xx. uel. xv. Dentur autem sic, quod interius est ex granis cum polenta teres & uino, & da ad bibendum: & postea modicum olei rosei uel melini sorbere facias, ne fauces exuras, ideoq; melius est ex eis cum melle cocto catapotia formare, quia aquosos humores magis purgat. inter aquosos purgantia est magis habendum.

De agarico.

Eodem libro, cap. 40.

Agaricum purgat phlegma & cholera, sed mediocriter. Dabis. ʒ. ij. cum melicrato uel oxymelite. Est autem cacostomachum, & quia leue est, superiora petit. sit autem albissimum, & facile, & non ualde lignosum, neq; robustum.

De cnico.

Eodem libro, cap. 41.

Cnicus idest semen croci hortensis siue hortulani, purgat phlegma, sed non fortiter, tritum. ʒ. ij. & in uiscello gallinæ, uel ptissana mistum & colatum, & sic bibitur. Quidam autem quod interius est cnici accipiunt, & terunt cum amygdalis, & aniso, & melle, & catapotia formantes seruant. ictericis utiles quidem, sed leuiores.

De lathyride.

Eodem libro, cap. 42.

Lathyrides. i. cataputia, purgant phlegma magis. Dentur de maioribus grana. xv. de minoribus. xxx. & amplius purgari indigentibus, diligēter ut mandant præcipe. his uero qui multa euacuatione non indigent, integra da bibenda, maxime si patientes fuerint cacostomachici.

De aristolochia.

Eodem libro, cap. 43.

Aristolochiæ rotundæ semen siccum, tritum. ʒ. i. bibatur cū melicrato, phlegma purgat & cholera. est autem eustomacha.

De linozostide.

Eodem libro, cap. 44.

Linozostis. i. mercurialis, si elixetur, & sola folia comederis, sufficienter stercus expellit.

De cucumere agresti.

Eodem libro, cap. 45.

Cucumeris agrestis radix, obolis duobus cum melicrato bibita, educit phlegma sufficienter sine molestia, & stomachum non euertit.

De styrace.

Eodem libro, cap. 46.

Styrax pinguis & flauus datur. ʒ. ti. cum terebinthina, mensura æquali in catapotijs, & phlegma satis educit.

De thymo.

Eodem libro, cap. 47.

Thymi cymas cū floribus teres cum oxycrato, & sale modico [ʒ. x. aut minus] & expurgat sine molestia satis phlegma & cholera.

De cyclamino.

Eodem libro, cap. 48.

Cyclamini radices soluta. ʒ. iij. aut. iij. secundum uirtutem, cum hydromelite bibita, purgant phlegma & cholera, maxime autem per sudorem. ideoq; bibentem oportet iacere, & cooperire, & calefacere corpus, ut sudoris exitum adiuuet.

De tallio.

Eodem libro, cap. 49.

Allij drach. iij. soluta, & cum hydromelite bibita, phlegma educunt.

De chamae

tal. ij.

tal. drac. iij.
aut. iij.

tal. scordio.

*De chamæpity.**Eodem libro, cap. 50.*

A Chamæpityos trita. 3. ij. & cū ficibus uel cū melle cocto sūptæ in catapotijs, educūt phlegma.

*De bdellio.**Eodem libro, cap. 51.*

Bdellij Arabici clari atq; flauī. 3. iij. solutæ cum hydromelite bibantur, & phlegma purgabunt. proprium autem est oculis rheumatizantibus.

De radicibus oliuæ & pyrethri.

Oliuæ radi. corticum. 3. i. cum uino uel aqua sumpta phlegma purgat. Similiter pyrethri radicū oboli. viij. cum aqua & ligdos semine. 3. iij.

De galla.

Gallæ quoq; grana. xl. excoriata comeduntur, & similiter operantur.

*De hydragogis.**Eodem libro, cap. 52.*

Hydragoga dicuntur quæ aquosos expurgant humores, quibus utendum est in hydropicis, et mulieribus molestatis per longum tempus ab albo fluxu, & rheumatica ulcera habentibus.

*De squama eris.**Eodem libro, cap. 53.*

B Eris squamæ. 3. i. f. in melicrato data, non solum aquosos humores, sed etiam phlegmaticos educit. quædam uero prædictorum phlegma educunt aquosum, ut coccus cnidius, & cnicus, et linostis, & agrestis cucumeris radix, quæ hydropicis est utilissima.

*De euphorbio.**Eodem libro, cap. 54.*

Euphorbium phlegma educit, sed maxime aquosum. Acutissimum autem est nimis igneum, [& cholericum] ideoq; colicis datur, & uentres frigidos habentibus: alios uero fortiter turbat, sitimq; ualidam infert, sed admisce ei aliquod odoriferum semen. Dabis ex eo. iij. obolos cū melicrato, melius autem est cum melle cocto catapotia formare ex eo.

*De chamælea.**Eodem libro, cap. 55.*

Chamælea cocta in mulla & bibita, aquosa magis expurgat, purgat quoq; phlegma & choleram. Mitte autem ex ea. 3. v. in duabus cotylis aquæ, & coque ad quartam, in fine autē coctionis supermitte mel mediocriter, & parum coque, & colans da in potum. Quidam uero terunt ualde chamæleæ. 3. i. cymarum absinthij duplum, & cum melle conficientes formant catapotia.

De ammoniaco.

Ammoniacy thymi añ. mistas. 3. iij. in melicrato bibe, aquam educūt. quidam splenicis illud dant cum acetoso melicrato.

De sabuco.

C Sabuci radicis corticum succus bibitus. 3. ij. aquosum humorem educit.

*De purgātib; sanguinē.**Eodem libro, cap. 56.*

Sanguinem uero purgant, porri capitati succus, id est, eius quod dicitur aratillum, mercurialis quoque, albæ uiolæ, agrestis malua, & saluia.

De opio.

Opium sic fac. Mense iulio papaueris uiridis folia teras per linteolum extorquēs, semen ipsius papaueris uiridis teras, & ipso iure miscēs coque ut spissum sit, & ad Solem siccabis, & serua, illud est opium.

De omphacomelite.

Omphacomeli sic fac. R. botros mūdos non maturos, nec acerbos, & repone in umbra, ut possint suæ humiditatis aliquantulum deponere, deinde exucca, & mitte de ipso succo partes. iij. & mellis despumati partem unam, & mitte in uase fictili & gypseo cum calamo perforato, & suspende ad Solem per dies quadraginta. ualet ad crassas uentositates rheumatizantes, ad fastidium & debilitatem stomachi, flaccida corpora confirmat, & maxime quæ syncopim patiuntur.

Alia confectio eiusdem.

D Omphacomeli sic fac. uuæ non maturæ succi partes. ij. mellis partem. i. in uase duplici coque, donec densior liquor ipse fiat, & utere.

De œsypi ceroto.

Œsypi cerotum sic fac. ceram, axungiam sine sale, colophoniā, ius lanæ, uetus oleum. añ. lib. i. ius fœnugræ. 3. vi. adipis anserini & pullini añ. 3. i. coque oleum cū iure lanæ & fœnugræci diligentissime, donec ad mensuram olei ueniat. Iterum pone ad focum, additis superscriptis speciebus.

De iure de lana.

Ius uero de lana sic fac. lanam succidā in aquā multam pone ut molliatur, diebus sex, septima uero die coque, & ipsam pinguedinē desuper collige superscripto p̄so, & exinde cōfice cerotū.

De hydromelite.

Hydromeli sic fac. mellis optime despumati libras. xx. succi cydoniorum libras. v. aquæ fontis libras. xl. misce diligēter in uase fictili tenui & picato, reconde, & claude, & mitte ad Solem sub te 30 diebus. xlv. hoc est ex die calendarū Iulij usq; in. iij. idus Augusti, ita ut intra quinos dies uas conuertas, ut partes quæ quinq; diebus fuerunt superiores, fiant infimæ. hoc genus poculi uino uetusto melius redditur, ut nescientes quid bibant, putent se optimum uinum bibisse.

De garioph:

GAL. ATTRIBUTVS ALTER

De gariophyllato.

Gariophyllatum ad catarrhum sic fac. gariophyllos zingiber et piper tere, adde uinum, & pau- B
cum mellis, & pone ad focum ut bene ferueat. deinde pone in cuppa lignea radicem apij, petrose-
lini, libyistici, costi, fœniculi, & super istas herbas in ipsa cuppa mitte gariophyllatum feruentem,
& tandiu ibi sit, donec temperetur ut bibi possit, per dies tres, mane & sero hoc facias.

De chalcococaumeno.

Chalcococaumenon sic fac. limaturâ de cupro in ollâ rudē mitte, adde acetū in ipsa olla gypsea
de argilla, & mitte in foco, ut intus & foris ipsa olla rubra sit q̄si focus, tolle à foco, & mitte intus
fusticulos paruos, & ipsam ollâ ad Solē mitte usq; dū refrigeretur, & illud est chalcococaumenō.

De amylo.

Amylum sic fac. mitte frumentum mūdum in aqua per noctes & dies tres, & per singulos dies
aquam renoua, postea in pila macera, adde aquam, & per linteum extorque in concha, & dimit-
tas residere, & tunc ipsam aquam diligenter expurga, ut imum nō moueas, quod remanet ad So-
lem sicca, & hoc est amyllum.

De cerusa.

Cerusam sic fac. de plumbo fac tenues laminas, & mitte in uase operculato aceti modium me- F
dium, & super acetum mitte ipsas laminas plumbeas, ita ut acetum non contingant. tunc ipsum
uas gypsa ut nullum spiraculum habeat. ibi maneat diebus xv. postea tolle laminas, & rade pulue-
rem quem ibi inueneris, & erit cerusa.

De ærugine campanæ.

Aeruginem campanæ sic fac. laminas de cupro tenues facias, & sicut de plumbo diximus ad
faciendam cerusam facias, & habebis æruginem campanæ.

De medulla ceruina.

Medullam ceruinam albam sic fac. frange os cerui, & tolle medullam, & dimitte manere in ui-
no horis quatuor, de ipso uino tolle, & in aqua mitte, & manibus macera donec alba sit. fac tortel-
los inde, & repone, & utere.

De sapa.

Sapam sic fac. musti de peculo. ʒ. xv. tolle, cydonia integra viij. caricas xv. dactylos. iij. anethi
ramorum. M. i. fœniculi similiter, apij similiter, coque ad tertiam, & quando refrigeratum fuerit
cola, & repone in uase fictili & picato.

De careno.

Carenum sic fac. musti dulcis modios. xx. mellis. ʒ. x. cydonia partita. xx. poma similiter, pule- G
gij. M. v. canabis rad. M. i. ciperi. M. iij. apij radi. & seminis. M. i. scariolæ ramorum & seminum, pe-
troselini ramorum & se. costi hortulani, radicum fœniculi, radicum libyistici añ. M. i. hæc omnia
coque ad medium, & refrigeratum repone in uase picato.

De hydromelite.

Hydromeli sic fac. musti dul. modios. x. balsamitæ sicca. M. iij. ciperi radi. M. iij. petroselini ra-
di. fœniculi radi. apij radi. libyistici radi. añ. M. iij. nuces pineas integras. v. cydonia partita. xij. co-
que ad medium, postea cola, & adde mellis cocti modium. i. commisce bene, & quando refrige-
rauerit, repone in uase fictili picato.

De garo cathartico.

Garum catharticum sic fac. polypodij pul. lib. i. piperis al. gra. ʒo. diagridij. ʒ. i. gariophyllorum
cochlearium. i. terens commisce cum melle, & repone in uase ui. deinde accipe ad quodcunq; uo-
lueris coclear. i. uel. ij. secundum uires, maxime humorem educit melancholicum.

De lycio.

Lycium sic fac. prunellas de caprifolio collige mense septembri, & tere, per linteumq; extor- H
que, & succum eius ad Solem in concha sicca, & erit lycium.

De acacia.

Acaciam sic fac. mense septembri prunellas ex nigra spina tere, per linteū extorque, succumq;
eius in uase argenteo siccabis, & erit acacia.

De flora.

Floram sic fac. cerusam tritam cum oleo & cera modica coque in uase cupreo aut æreo, cata-
plasma ubi necesse est apponere, celeriter corium adducit.

De ptissana.

Ptissanam sic fac. mitte hordeum pinsitum in ollam rudem, cum aqua bene coque, per linteū
extorque, condias de sale, butyro, aut oleo cum pipere & cinnamomo modico, repone & utere.

De chalcidio.

Chalcidium sic fac. aris florem in aceto uehementissime subigito, sicca ad Solem, fac puluerē
& utere.

De opoponace.

Opoponacem sic fac. herbam uirgultam, & radicem panacis siue meu, tere, extorque succum
eius, in Sole siccabis, & erit opoponax.

De omphaco.

A *De omphaco.*
Omphacum sic fac. [acidas oliuas] accipias, carnes ipsas & nucleos in Sole siccatos tunde. fac in puluerem, & erit omphacum.

De diagridio.

Diagridium sic fac. mense Augusti collige herbam tithymalli, & eius radices pinse, ius ipsius, id est lac in uase argenteo mittas ut coaguletur sic ad Solem diebus xi. & pro necessitate quādo opus fuerit utere.

De aphronitro.

Aphronitrum sic fac. Nitri partes. ij. & saponis. i. distempera cum prima gutta saponarij, factisq; trochiscis ad Solem pone.

De polenta.

Polentam sic fac. Hordeum quando coeperit habere quasi lac, mitte in furno, & quando desiccatum fuerit, paleis munda, & fac farinam.

De elaterio.

B Elaterium sic fac. Succum cucumerum agrestium non maturorum exprime, expressumq; super plenum uas aquae infunde, & quod supernatauerit collige, & ad Solem sicca.

De resina.

Resinam frixam sic fac. R. resinam pineam in ollam missam durissime coque, & sic proba si est frixa, Gutta posita in marmore si infrigidata puluerizetur, tolle ab igne.

De aqua ignita.

Aquam ignitam sic fac. R. salis lib. ij. sulfuris uiui, tartari añ. ʒ. i. uinum forte, & fac ad discipli- Tab. iij.
nam aquae rosatae.

De hydrelæo.

Hydrelæon sic fac. R. partes. ij. aquae & .iij. olei.

De hydromelite.

Hydromeli sic fac. R. partes. ij. aquae & .iij. mellis.

De posca.

Poscam sic fac. R. aquae partes. ij. uini tres. & coquatur.

De cephalæa.

C Siquis cephalæam patitur, & unum de brachijs tumuerit, uel caput, & ex utraq; parte, seu sinistro oculo signum apparuerit in modum lenticulae, moriturus erit. Si uero ex nullo alio signo moriturus est, demus ei hæc antidota, esdram. s. uel philonium, hieram picram, blancam, & puluis fiat ex spica nardi, & squinantho, & ammoniaco, & succo tithymalli uirginalis & interioris, & opiū, & semen papaueris, & flores centaurij addantur, ex nullo magis, sed æqualiter ex omnibus fiant & diagridij. ʒ. i. his omnibus in puluerem redactis, dabis. ʒ. i. cum uino calido: & anethino ac rosaceo oleo perfunde caput. Item Esdræ potio cum uino calido temperata & bibita, sine unctioe facta, dolorem capitis sedat. Item theodoricon emperiston magnum, ad omne uitium capitis facit, hoc idem facit diaolibanū. ¶ *Ad dolorem capitis, & calorem.* Accipe cymas salicum, & in fortissimo aceto ad. ij. partes decoque, & exinde caput & pedes foueas, & ex cymis caput fomenta. Item galbanum chartæ impone: & pone in parte illa qua caput dolet, & prodest. Item sauinam tere cum albumine oui, & cum aceto fortiter distempera, & emplastrum fac super caput eius, & ibi dimitte .iij. diebus, & ambo crura eius usq; ad genua mitte in aqua frigidam, et da ibi ei potum ad soluēdū.

¶ *Ad febrem capitis, quæ non permittit hominē dormire uel quiescere.* Tolle capita papaueris sicca uel uiridia, & semē lactucae, uiolas, & folia myrtæ, & pone in cacabo aqua pleno, et coquatur usq; dum oēs herbae dissoluantur, & ex decoctione ipsarum pedes et crura lauentur, et extergantur linteo fortiter, **D** deinde unguentur oleo uiolato. & sic somnum præstabis, & dolorē & angustiam auferes. ¶ *Potio ad capitis dolorem.* Fœniculum, rutam, libypticum, mel, piper, uinum totum commistum ieiunus bibat. ¶ *Item ad somnum.* Succus papaueris agrestis cum farina hordei inunctus dat somnum. ¶ *Item ad dolorem capitis.* Folia hederæ terrestris cum albumine oui in fronte ligata profunt. ¶ *Electuarium ad capitis & stomachi dolorem.* R. Mastiches, anisi, fœniculi, polypodij, thuris, myrobalanorum Indorum, croci, spodij, sandali albi & rubri, portulacæ seminis, diagridij, añ. ʒ. .iij. zacara, amygdalæ, añ. ʒ. f. tragaganthi. ʒ. ij. camphoræ. ʒ. i. musci. ʒ. f. uiolæ quantum de alijs omnibus speciebus, tempera cum syrupo uiolaceo. ¶ *Unguentum laxatiuum, quod caput alleuiat, stomachum purgat, appetitum confortat, oculos clarificat.* R. succi apij. ʒ. ij. foliorum rubi succi. ʒ. .iij. polypodij succi. ʒ. .iij. laureolæ succi. ʒ. i. fœniculi succi. ʒ. .xij. mercurialis succi. ʒ. .xiiij. olei lib. ij. adipis gallinæ & uerris añ. lib. v. resinæ. ʒ. i. thuris, mastiches añ. ʒ. f. casia fistulæ medullæ. ʒ. ij.

Ad tineam.

Elleborum nigrum tritum cum uncto pone super totum caput. ¶ *Ad idem.* Ficatum porcinū crudum & calidum cataplasma diebus. ix. postea laua de aqua frigida, & sanabitur.

Ad surfures.

Accipe semē urticarum, & trita parumper, & pone in aceto per diem et noctem, & postea laua caput

GAL. ATTRIBVTVS ALTER

caput de qua re uolueris, deinde uero de ipso aceto, ad ultimum aut de pura aqua, hoc fac bis uel iter. ¶ *Ad idem.* Coque cyclaminū in uino, & caput ablue, deinde coque saluiam in uino, et caput ablue, & super hoc puluerē nepitæ asperge super totū caput nocte, & mane iterum laua cū saluia.

Ad capillos cadentes.

Apes quamplures in olla noua include, & ibi eas incende, & cum oleo tere, & exinde in caput mitte, & scarificatum perunge.

Ad diuturnam alopeciam, & ad renascentes capillos.

Pyrethrum tritum mistum cum felle uituli sæpius perunges. Stercus etiam felis idem præstat cum aceto illinitum: euphorbium cum oleo frequenter impositum idem mirabiliter operatur.

¶ *Ad idem.* Caprarum stercus, & ungulas ipsarū combustas, & cū aceto solutas adhibe. ¶ *Ad idem.*

Testudinem uiuam super sarmenta incende, & cinerem eius in cacabo nouo cum aluminis. ʒ. iij.

& medullæ ceruinæ totidem, cum uino coque, & alopeciam inde frica. ¶ *Item ad suriones in capillis.*

Accipe fel terræ, & fel bouinum, seu taurinum, & acetum, & pone in cucurbita de creta. facq; for-

titer feruere, & refrigerato, et colato, laua semel uel bis, deinde laua cū aqua calida si uis. ¶ *Ad idem,*

ut capilli citius crescant. Olibanum cum stercore murium pari pōdere tere cum aceto & perunge,

sed ante loca nitro frica. Idem facit git ustum cum aqua tritum & illinitum. Item lathyris trita, & F

cum oleo cocta, & illinita mirabiliter capillos augmentare facit. Item finum caprinum combure

in testa, & rempera cum oleo, & raso capite inunctum spissos capillos præstat: flos agrimonie tri-

tus cum oleo et fricatus, nigros capillos facit. Itē ad capillos cadentes, agrimoniam tritam cum la-

cte caprino impone. ¶ *Ad idem.* Verbenam cū absinthio in lixiuio coque & laua caput assidue.

¶ *Ut capilli nascantur ubi uolueris.* Panem hordeaceum, et chartam cum sale æqualiter combure, & tere

cum adipe ursino, & unge locum. ¶ *Ut capilli nascantur ubi uis.* Vnge caput oleo myrtino, quod sic

fit. R. flores myrtæ, & coque cum oleo cōmuni, & eo colato pone recentes alios flores myrtinos,

& stet sub diuo xl. diebus: sic fit omne oleum, utrosatum. &c. Item corticem mediam de ulmo in

aqua coque, & de ipsa aqua caput laua, deinde puluerem rutæ superasperge. ¶ *Item ad capillos & pi-*

los ut nascantur. Pellem de capite uulpis calybitidis. i. tugurialis excoctam combure, & lacer-

tæ uiridis corpus eiecto capite uno die aut nocte suspende, & postea coque in oleo simul cum

pulvere, & unge ubi uolueris. ¶ *Ad idem.* Ex cortice capparum incenso cum melle inunge. Si-

militer ex puluere ranarum, & muris fimi cum pice liquida, & ex cinere quercus nouellæ un-

ge sæpius.

Ad auferendum pilos.

Ad pilos de facie uel alia parte corporis auferendos. psilothri, calcis uiuæ lib. i. in uase fictili ad

ignem, sine aqua per diem & noctem dimitte, in crastinum autem aquæ quantum sufficit infun-

de, & diu agita, postea adde lepnias pulueris. i. auripigmenti. ʒ. ij. Quando uero probare uolueris

an perfecte coctum sit, penna immissa & abstracta si depilatur coctum est, tunc in balneo ante-

quam laueris unge, post horam quando iam pili cadunt, de furfure absterge, & laua. ¶ *Ut pili ita ab-*

lati nunquam renascantur. Cicutæ semen, uespertilionis sanguinem, uerbenæ succum cōmisce ut mul-

tum spissentur, unge nocte prius ablatis pilis.

De hemicrania.

Siquis hanc passionem habuerit, & nullum cibum sumere quærit, & dormire nequiuert, nau-

seare iterum non ualuerit, & nullum suspirium fecerit, & potestatem in lingua nō habuerit ut de-

bet, sed hæsitauerit ut ictericus, ista signa mortem significant. Si uero nulla sūt mortalia, dabis ei

picram Gal. & sal catharticum. Vnguento thermantico seu calido unge caput eius. Item succo fo-

liorum ederæ cum oleo & aceto unge nares. & statim dolor sedatur. Pilulæ ad hemicraniam. R.

myrobalanorum citrinorum, kebulorum Indorum añ. ʒ. f. croci orientalis, mastiches añ. ʒ. ij. &

scrup. ij. scammonie. ʒ. i. f. aloes hepatici quantum pensat totum, tempera cum succo fœniculi, & H

da eunti dormitum. ¶ *Ad idem, & ad quoslibet alios morbos.* Baccarum lauri cum folijs. ʒ. i. bryonia. ʒ. i.

mastiches. ʒ. i. aloes. ʒ. ij. tere & confice cum succo caulis, & fac inde pilulas, & da patienti post co-

mestionem xi. uel xij. secundum uirtutem, eunti dormitum. ¶ *Ad idem.* Herba quinquefolia in ui-

no, aut in aceto trita perunge.

De scotomia.

Qui uillam iugiter circuit per gyrum, uel contra Solem respicit, seu in puteum, seu in quemli-

bet locum manū mittit ut inde aliquid attingat, & statim cadit, & spumat: mortale est. Si autē nul-

lum mortale sit signum, abrotanum da bibere, & in capite pone theodoricon emperiston, & hie-

ram, & anacardinum theodoricon. ¶ *Item ad capitis uertiginem.* Balsamitam cum oleo tritam & ex-

pressam, cerebro & fronti tepidam ungerendo appone.

Ad caput fractum.

Aranea tela cum oleo & aceto, fracto capiti apposita, dolorem tollit & sanat.

De epilepsia.

Qui ceciderit in hanc passionem, & contraxerit omnia membra in unum, non tñ spumat, & postea libenter manet solus, & cum nemine propria uoluntate loquitur, signa mortalia sunt.

Siquis

- A** Siquis lunaticus spumat, & oculos conuertit, & fremit, & mugit, & cadit, & membra contraxerit, & colorem similem croco habuerit, moriturus est: si autē hæc signa defunt: cū blanca, aut sancti Pauli antidoto, aut Esdrae cū scammonia ei subueniatur. Itē epilepsia nascitur ex. iij. humoribus. i. phlegmate, cholera ru. & melancholia. Siquis cadens fecerit spumā multam & albam, & stridet dentibus: erit de phlegmate. si uero qñ ceciderit, claudit oculos quasi dormiat, & non proijcit spumā; & cito resurgat: erit cholera. Si autē uultū nigrum habebit, & distorquebit os, & caput, & linguam, & manus strinxerit, & fecerit spumā paruam, & continebit se quasi ad mortem: de melancholia erit. Item per urinā potest cognosci, ex quo horum trium æger patiatur: quia si fuerit alba & crassa: erit de phlegmate. si citrina & parū nigredinis habuerit: de cholera rubra. si alba & nigra & crassa: erit de melancholia: hoc potest probari in sequenti nocte sui casus, uel præcedenti in urinis. Patientes autē melancholice causa uel phlegmatis, sic curari possunt. in primis talē diætā accipiant. xv. diebus uel .xx. comedant carnem ouillam non pinguem coquinatam, & agnos paruos. De uolatilibus, comedāt gallinas, gallos, anseres, anates, pullos columbarum domesticos, phasianos. De oleribus, porros coctos cum oleo, buglossum coquinatū, pastinacas coquinatas, foeniculum, asparagos, ius cicerum cum oleo: De fructibus uero nullum, nec pisces. Bibant uinum subtile cum aqua. ¶ *Potio ad idem.* R. pæoniæ grana, saluiā, absinthium, urticam, marrubium secundū æstimationem in aqua frigida temperabis. ¶ *Item ad idem.* Lasar. i. assæ foetida, malua, betonica, abrotani, phu, cinnami, piperis albi, rhu pontici, euphorbij, salis, ficuū, opoponacis, saluia, origani, diagridij, scillæ, casia fistulæ, ammoniaci, mastiches, hyoscyami, costi, rutæ, castorij añ. ʒ. i. f. sagapeni, mandragoræ, mercurialis, sampuci, thuris. añ. ʒ. iij. da ei cū aqua calida in modum auellanae. ¶ *Item puluis ad caducos, & qui spumant & paralyticos.* R. olibani, mastiches, myrrhæ, sanguinis draconis, aspalathi, antimoniij æquali pondere, opoponacis. ʒ. i. oliuæ smaragdina, bdellij uarij, petrae de capite corui marini nigrae tunc. iij. cristalli, sadib. i. folia nucellæ. nascami. fungum quercinum, carbones sambuci, petrae sancti sepulchri, nascā uitis, tpanum blattæ byzantiæ, nascam myrtinā, tcrucem marinam, therbam occasionis, cicerellum, fursura, matrisyluam, herbam hircinam, betonicam, maiorem malua, marcoram. i. marrubium, baccaram, tmalum styracis, unguam ursinam, corium uituli marini, fel & ficatum ursinum, fel & ficatum corui, fel & ficatum erinacei, cingulum de corio capreoli, os de corde cerui, sulphur, pallam maris, radicē de carduo albo añ. ʒ. ij. puluerē fac & da cū aqua frigida. ¶ *Ad idem.* Oua coruorum comesta profunt, expertum est. Qui perdit loquelam culpa epilepsie, succum rutæ agrestis naribus inijcies, hoc sæpe facto eam recuperabit.
- C** ¶ *Unguentum ad idem.* Centumneruiam, uiolam, brancam ursinam, allium, farfaram, apium risus, batrachion, linguam caninam, sisymbrium, foeniculum, libysticum, aquilegiam æqualiter, herbam foetidam plusquam de alijs: his omnibus pinsitis cum axungia scrofae recentis, & in axungia ualde coctis, exprime fortiter per pannum in aqua frigida, & quod supercoagulauerit collige & reponne, & utere. infirmus autē secludatur diebus. xxx. prius tñ accepta potione, quæ optime purgat, capite raso, & bene calefacto, mane totum caput hoc unguento, & totum collū in circuitu unge, & sero similiter eunti dormitū: & hoc xxx. diebus facto, R. castorium, & olibanum, & antimonium, æquali pondere, & pulueriza, & distempera cū foeniculi succo, & da ad bibendū mane ieiuno, & sero eunti dormitum, & hoc per xxx. dies, & custodi à cibis contrarijs. ¶ *Item probatum unguentum epilepsie.* R. linguam caninam, brancam lupinam, plantaginem de aqua sulfurea, sisymbrium, foeniculum, libysticum, centrum galli, uiolam, saluiam. hæc omnia æquali pondere cum recentis axungia scrofae in aqua decoque, et cola fortiter, & quod supernatauerit in frigidatū collige. Et qñ operari uolueris, cathartico patientē purga prout res postulare uidetur: deinde abrafo capite abundanter inunge, habens idē supra caput, & circum amplam testam calefactam, ut affatim calorē ministrare possit. hoc per triduū, uel quantū opus fuerit fac. Et aquā aliquatū mellitā & calidā bibat,
- D** antimoniū, castoriū, olibanū, linguæ caninae radicē, foeniculi radicē æquali pondere, & puluerizatis utatur in supradicta aqua, uel eius succo expresso. ¶ *Item ad idem.* Fac bullire centumneruiā idest barbaram sylvianam in ix. phialis uini, ut redeat ad tertiam: da phialam. i. per dies nouem.

De apoplexia.

Qui ceciderit in apoplexiam, & de multis rebus desiderat sibi cibū afferi & potum, & statim qñ uidet hæc abominatur, siue masculus fuerit, siue foemina, mortem sibi imminere significat. qui autem non habuerit hæc signa, curari poterit cum supradictis antidotis & unguentis.

De phrenitide.

Qui ex phrenitide multum alienatur, phlebotometur de media uena frontis, quantum ovi testa capere potest. Si perdiderit loquelam, sternutamento utatur, quod conficitur ex condili herba. Si autē præ nimia angustia dormire nequiverit, crura & pedes lauentur ex decoctione uiolarū, & rosarum, & semine lactuca, & myrtæ, & sic colatis linteo, ungatur oleo uiolato, & si non alienatur, & desiderat balneum, sine aliquo timore detur. Si autem hoc totum non profuerit, radatur totum caput, & ex calido pulmone pecoris obuoluatur totū caput, & maneat ibi per totam noctē, & super folijs cucurbitæ, & totus stomachus similiter obuoluatur de folijs, & matutina hora præ nimio foetore auferantur. De cibis, utatur cucurbitis & portulacis conditis cum pauco oleo & aceto,

† aP. drach. viij.

† aP. carnem.

† aP. Cucurbitā

† Polium.

† Cyclaminum

GAL. ATTRIBUTVS ALTER

& aceto, & comedat far, ptisanā: de pomis autem, mala granata, & mala syria, & pira. Itē ad phrenitū, Succus hederæ in naribus infusus, & ruta mista cum aceto, cerebroq; superposita nimis adiuuat. Item ad somnum. Semen hyoscyami fortiter tere, & cum lacte mulieris, & oleo uiolato, uel rosato tempera, & tempora & frontem inunge.

De melancholia.

Qui melancholiam patitur, semper uomit, & fastidium patitur, & nihil de cibo & potu accipere potest: tñ hoc tantillum quod sumit non proficit ei, & Solis uel ignis ardorē nequit sustinere, et dormire non potest: tñ qñ dormit, supinus iacet: et nunquam firmiter dormit, & post dormitionē pigritia ei sentitur, & ambo labia uiridia sunt, moriturus est. Itē si multū sitit, & lateris patiatur dolorem ex utraq; parte, talis est ei curatio. Calami, nardi, casia fistulæ, euphorbi, costi añ. drac. ij. esulæ drac. iij. hæc omnia in puluerē redige, & cum uino bibat ieiunus ualde diluculo, & tunc ieiunet ad horam nonam. ¶ *Item ad idem potio.* Ireos tunsū & cribratum missum in uino ieiunus bibat mane. ¶ *Aliud catharticum.* Tartarum, & farinam tritici mitte in uino in sero, alia die fac inde pilulas, & dabis ad manducandum ieiuno. ¶ *Item ad idem medicamentum purgatorium melancholiae, quod hunc humorem proprie purgat, & liberat corpus.* Recipe anisi unc. i. petroselini, unc. iij. epithymi drac. iij. mel quod sufficit, dabis cum aqua, uel cum uino.

De lethargo.

Qui in lethargū ceciderit, & libenter est solitarius, & multum comederit, & eo q; amplius desiderauerit, & loquitur quod non decet, & iugiter saliuam suam foras mittit, moriturus est: maxime si sudor frigidus in facie & ceruice fuerit. Si uero talia signa defuerint, ita curabis. Ante diē tertium nihil est adhibendum. Iacere debet in loco luminoso, frequenter pulsando, nomen eius uocetur: q; si praeualeat plurimū ei somnus, ungenta sunt ex oleo dulci & calido eius præcordia, & lana munda & calida fasciada. Cibo aut dato, fricentur illius manus & pedes, q; si iterū dormiuerit, mulsam accipiat, & clysteria iniiciantur, & caput pressius tundatur, ferulæ incensæ fumus, eius naribus apponendus est. Sicut etiam lucernæ extinctæ odor olfaciendus est. Sic ruta in aceto trita eius naribus adhibenda est, sisymbrium in aceto tritum infundimus in capite, aut testudinis sanguinem in fronte illinimus. Ptarmico cerebrum mundare conuenit. alij sanguifugam fronti & temporibus adhibent. Ex cornu ceruino & galbano fieri fumum eius naribus ualde approbamus.

Ad oculorum uitia.

Super panem hordei calidum & per medium scissum puluerem carui asperges, & ante oculos patientis tenebis. ¶ *Ad sanguinem & uulnus oculorum.* Primum tere pinguedinem, & postea adde farinam milij, & distempera cum uino in modum unguenti, & linteolo superposito, cui opus fuerit impone. Item tolle crocum orientalem, & lycium, & succum ocymi, & lac fœminæ marem nutrientis, & dactylorum carnes, omnia tere fortiter, & cum aqua rosata uel cum succo ipso & late distempera in modum unguenti, et super oculos pone. ¶ *Item ad oculos sanguinolentos.* Tolle pulum columbinum, & sub ala incide, & sanguinem qui inde exierit in oculos infunde. probatum est. ¶ *Ad lachrymas oculorum.* Tolle rapas syluestres, & tere fortiter, & cum aqua rosacea distempera, & super oculos pone, probatum est. ¶ *Ad lippitudinem oculorum.* Atramentum, mel, albumen oui æqualiter teres, & oculis superpone, mane & sero lacte mulieris inunges. ¶ *Item ad lachrymas oculorum.* Rutæ succum & mel commisce, & oculos unge. certum est. ¶ *Item ad sanguinem & dolorem oculorum.* Aloem & opium tempera cum lacte mulieris quæ nutrit masculum. ¶ *Item ad tumorem, & caliginem, & sanguinem.* Verbenam cum oui albumine tere, & tritam impone. optimum est. Item cynoglossi succus in oculis immissus, & herba trita & superposita oculis, mire prodest. ¶ *Item ad caliginem oculorum.* Rorem qui cadit in matutino, & succum rutæ collige in unum, et in oculis mitte. ¶ *Ad panum oculorum.* Puluis olibani cum melle, & aceto, ac stercore maiorum murium mistus, atque inunctus, caput denudatum capillis uestit, & panum oculorum diluit. dysenteria ob- sistit cum aqua sumptus occasione frigoris, lumen amissum puluerizatus & iniectus restaurat. ¶ *Item ad panum & sanguinem oculorum.* Membranum oliuæ fortiter tere, & misce cum albumine oui, & pone super oculos, multum ualet. ¶ *Ad unguam oculorum.* Tolle anguillam uiuam, & extrahe inde sanguinem, & mitte in oculum, multum ualet. ¶ *Item ad idem.* R. nitrum, & mitte per ix. dies in ignem, & postea fac tenuissimum puluerem, & mitte in oculum. expertum. ¶ *Item ad sanguinem oculorum.* R. Succum apij, & albumen oui, misce in simul, & mitte in oculum sero eunti dormitum, probatum est. ¶ *Ad idem.* R. salicem siccum, combure fortiter in ignem, postea fac tenuissimum puluerem, mitte in oculum eunti dormitum, probatum est. ¶ *Aliud ad pruritus, & pinguem pituitam.* Succum uel folia apij misce cum bono uino & dimitte per unum diem, postea unge oculos, uel laua, mire prodest. ¶ *Ad albuginem oculorum.* Succus agiolæ, fœniculi, instillatus eunti dormitum, multum ualet. Stercus album tantum lacertæ cum uino temperatum idem facit. Item succus ederae terraneæ in nare eiusdem partis oculi, in quo fuerit albugo, immissus, capite uehementer reflexo manente, albuginem eiicit. ¶ *Item ad clarificandum uisum.* Fel uulturis cum stercore humano, mistum, & uino bene colatum, & oculis immissum mire facit. Fel arietinum immissum hoc idem facit. ¶ *Pilula ad uisum experta.* R. squinanthi, spicæ, xylocasia, xylobalsami, carpobalsami,

A fami, agarici, alari, rose, uiolæ, epithymi, absinthij, colocynthidis, terebinthinæ, cinnamomi, croci oriëtalîs, stœchados, mastiches añ. 3. i. diagridij. 3. iij. aloes hepatici. 3. v. tempera cum succo absinthij, & fac pilulas.

Ad aurium uitia.

Ad aurem percussam, uel uulneratam, calidi panis interiora cū melle tere: & frequenter pone. ¶ *Item ad aurium dolorem.* Tolle cepas, & tere fortiter, & adde cuminum, & mitte in frixorio, & fac in modum cataplasmatîs, & tepidum pone super aurem. ¶ *Item ad auditum.* Micam panis hordeacei impone calidam. ¶ *Ad aurium dolorem.* Succum menthæ tepidum infunde. ¶ *Item ad aurium dolorem.* Rutæ cymam & cuminum tempera cum lacte mulieris, misce & cola. & succus inde extractus tepidus auribus instillatus ualet. ¶ *Item ad aurium dolorem, uentositatem, & surditatem.* Cepullam albam, & allium simul tere, & exprime inde succum, & auribus instilla. Item tolle malum terraneum, & caua, & immisso oleo coque, & in auribus instilla: idem præstat. ¶ *Item ad diuturnos sonitus.* Euphorbium cum oleo cyprino tritum et calefactum in aure missum, singulare presidium est. ¶ *Item ad dolorem calidum & tumorem.* Succus cucurbitæ cum oleo rosaceo calefactus & immissus sanat. Item lycium, et opium lacte mulieris admistum, & auribus immissum, nimios dolores mitigat: si tamen opium uetus fuerit. Item oua formicarum tere, & per linteū cola, & adde polygoni succum, & auribus infunde, uetustissimum emendat surdum. Si uulnus in auribus fuerit, aut auditus grauetur, urinam puerilem tepidam infunde: humorem deficcat, & celeriter sanat. Item hederæ succum cum uino mistum infunde.

De fluxu sanguinis narium.

Ad narium sanguinis fluxum, testas ouorum, & maxillas cancri, & sanguinem draconis, & stercus bouinū siccum, & parū de psilothro unguento sicco, quod remanet in uase, in quo conficitur. hæc omnia tere, & in puluerē redige, & quantū tres digiti leuare possunt, uel quantūcūq; potest cum nare, unde sanguis fluit, leuare, attrahat, & liberabit. Hic puluis cum aqua frigida teporatus, in mane & sero potatus cum prædicta mensura, scilicet trium digitorum, curat fluxus mulierum, dysentericos, & hæmoptoicos. ¶ *Item ad idem.* Gypsum cū aceto forti, aut argillam frontî, uel temporibus illine, & testiculos in aceto forti patiens teneat. Item lumbricos terrestres cum thure et tenui albumine oui contere, & fronti et naribus impone. Item bombacem aliquantulum ustum, & uino & oleo infusum in nare, de qua sanguis exit mitte, eamq; exinde oppila. Item herba sanguinaria pinsita, & naribus imposita sanguinem sistit. Puluis urticæ combustæ naribus insufflatus idem facit. Item uitellus oui assatus & durus naribus immissus sanguinem stringit.

De fœtore narium.

Ad nares male olentes, rutæ semen, absinthij semen, uel pyrethri accipe: fac puluerem, & in naribus pone.

Ad polypos naris.

Recipe aluminis scissi, myrrhæ, sandaracæ añ. 3. iij. aris usti, gallæ añ. 3. i. diligenter tere: & calamo insuffla, prælotis tamen naribus bono uino, & bene ualebit. Emplastrum leneadi diapepeleon, solutum cum succo malî granati acidi idem præstat.

Ad uitia oris.

Si quis ulcerationem oris patitur intrinsecam, tolle oculum lucidū, id est, lyciū, et cum aqua rosea distempera, et in ore tenere facias, & sanabitur. Si ex rheumate tamē fuerit, abrotanum tritum, & cum melle mistum in ore clauso teneatur, & phlegma fluere sinatur. Singulare auxilium hoc est, & ad dolorem dentium ualet. ¶ *Ad fœtorem oris.* Folia † fragi manduca pulegium & serpyllum simul, & quando perrexeris dormitum, aceto bono laua. Si anhelitus olet, quando perrexeris dormitum, aceti boni cyathum. i. per partes bibe. ¶ *Unguentum ad uitium oris, uel uulnus.* Ius de chelidonio pleno ouo, mel pleno ouo, piperis grana. 5. i. coque ad medietatem, & utaris. ¶ *Ad linguæ uulnus.* Arundinem in melle missam & coctam pone: mirifice sanat.

De dentium uitijs.

Nasturtij succus auribus infusus dentium dolorem mitigat. Sotira & Eucharistum potata dolorem dentium sedat & placant. Item tithymalli radicem coque in uino ad medietatem, & bis per mensem os lauetur, & dentes nunquam dolebunt. ¶ *Item ad idem.* R. radicem urticarum, & coque in aceto, acetum tene in ore, de radicibus uero emplastrum facias super maxillas dolentes. ¶ *Ad idem.* Tolle membranum, radicem thapsiæ, & coque in aceto, & ablue dentes, prius tamen scarificatos, ut sanguis inde exeat, hoc etiam commotos dentes confirmat. Item rasura corticum ornî tene deforis, & cum aceto forti decoque, & tepidum in ore tene. ¶ *Ad idem.* Chamædryos cum aceto forti tene, & longe in ore tene, statim dolor deficiet. Itē hederæ radicem in uino coque, & in ore tene radicem & uinum, multū prodest. Item quinquefolium cum radicibus in aceto aut uino coctū ieiunus in ore tene. Item uinum cum pipere miscebis, & parū bullies ad focum, & tepidum in ore tenebis. Item succus allij cum pipere triti in aure alterius partis missus prodest. Vel sal combustum super dentem positum perfecte idem operatur. Item puluis olibani cum staphide agria tritus prodest dentibus, & linguam expeditam reddit. Item. R. 33. grana piperis, & tere

Spurij:

D^d fortiter